TENT-
ZELIUS
MEDIC
INA
DIAS-
TATICA
1629

65845/A

The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY
OF
LONDON
DEPOSIT

Accession Number

Press Mark
TENTZELIUS, A.


MEDICINA
DIASTATICA
in
TRACTATUM
tertium de Tempore ſeu Philoſ. D. Theoph. Paracel.
Opera & Studio,
ANDREÆ TENTZELII
Phil. & Med. D. Archia.
Schvvartzb.
Impenſ. Ioh. Birckneri Bibl:
Pet: Iſſelburg Fecit.

BRITISH MUSEUM
SALE DUPLICATE
1787

MVSEVM
BRITAN
NICVM

MEDICINA DIA-STATICA.

hoc eſt

SINGULA-RIS ILLA ET ADMIRA-

bilis ad diſtans, & beneficio mu-mialis transplantationis operatio-nem & efficaciam habens,

Quæ ipſa

LOCO COMMENTARII

in

TRACTATUM TERTIUM DE TEM-porè ſeu Philoſop. D. Theoph. Paracelſi,

Multa, eaqve ſelectiſsima abſtru-ſioris philoſophiæ & Medici-næ arcana continet.

Opera & Studio,

ANDREÆ TENTZELII

Philoſoph, & Med. D. Archiatri Schwartzburgici.

JEHNÆ Sumtibus JOHANNIS BIRCKNERI Bibliop. Anno 1629.

Perilluſtribus ac Generoſis
Comitibus ac Dominis
Dn. GUNTHERO,
Dn. ANTHONIO HEINRICO
Dn. JOHANN GUNTHERO
Dn. CHRISTIAN GUNTHERO
FRATRIBUS GERMANIS
S. S. Rom. Imp. Qvadrumviris Comitibus in Schvvartzb. & Hohnſtein,
Dominis in Arnſtad, Sondershuſa, Leutenberg, Lohra & Clettenberg &c.
Dominis ſuis Gratioſiſſimis.
In perpetuæ obſervantiæ ſignum
dat, dicat, dedicat,
Cùm Metaphraſtes, tum Author.

INDEX

Ii2

INDEX CA-
PITUM.

TRACTATUS Primi.

I. CAP. *QVID SIT MUMIA, itemq; inde extructa Transplantatio.*
II. *De differentiis Ejusdem.*
III. *De Extractione Mumiæ Aereæ corporis ex interceptione reſpirationis occiſi.*
IV. *De Mumia Spirituali Corporis vivi microcoſmici.*
V. *De Fundamento Extractionis Mumiæ Spiritualis, ejusq; Magnetis.*
VI. *Proceſſus Extractionis Mumiæ Spiritualis.*
VII. *Generalis doctrina de uſu hujus Spiritualis mumiæ.*
VIII. *De Cœli ad qvasvis prædictarum operationum ſpecies favore.*

IX. *De Tempore ad operationes propoſitas cælitus deſtinato.*
X. *De Uſu Mumiæ Spiritualis in Specie; deq; fundando amore inter duos Mares.*
XI. *De hoſtibus inter ſe placandis.*
XII. *De ſimia & Angve ut mire in gratiam redeant, ut & alia animantia natura diſſidentia.*
XIII. *De mutuo Amore inter Conjuges.*
XIV. *De Operatione Antipathiæ.*
XV. *De Cura Icteritiæ.*
XVI. *De Hydrope.*
XVII. *De Pleuritidis & Apoſtematum interiorum curatione ſympathica.*
XVIII. *De Febribus Magneticè curandis.*
XIX. *De Hepate, ſplene cerebro pulmonibus oppilatis.*
XX. *De Arthritide.*
XXI. *De podagra & catarrho.*
XXII. *De ulceribus & vulneribus.*
XXIII. *De Hernioſis.*

De flu-

XXIV. *De fluxionibus ſalſis dentium & oculorum.*
XXV. *De profluvio & retentione menſtrui.*
XXVI. *De phtyſi & Hectica.*
XXVII. *De ſingularum partium ariduris.*
XXVIII. *De arcenda ſterilitate adimendaq; fæcunditate; ut & de robore alicui detrahendo, & alteri communicando, in hominibus & cæteris animantibus.*

TRACTATVS II.

CAP. I. & Ultimum.

De ratione naturali Arboris cognitionis ſeu ſcientiæ boni & mali; nec non Arboris vitæ & mortis; deqve Transplantatione Aſtronomica & myſtica, ſimulq; jucunda & plena conſolatione interpretatio magni ſecreti; concordantiæ ſcilicet Cabaliſticæ Arboris vitæ & mortis, Chriſti & Adami.

PRÆFATIO
ad Lectorem.

RES profecto ardua eſt, & profundæ conſiderationis, Lector amice, DEUM miſericordiæ, & parentem omnis ejus, qvod Filij nomen meretur, divitem illam ſcientiarum gratiam, & inter illas etiam ejus, qvæ naturæ myſteria concernit, nobis Chriſtianis, qvibus tamen promiſſum dedit: qvod ſi verbo ſuo fidem haberemus, eadem ſimus operaturi, qvæ ipſemet, dum inter homines verſaretur Joh. 14, *imò majora, qvo ipſo antiqvos philoſophos multis paraſangis antecelleremus; penitus veluti derogare & intercipere. Qvam cauſam ſubeſſe putas?* Nullam *ego aliam, qvam qvod nec* DEUM, *nec noſmetipſos rectè, id eſt, cum comprehenſione agnoſcamus. Qvod ſi enim* DEI *talem cognitionem haberemus: nec fides tantoperè in nobis de-*

bis de-

bis deſideraretur; nec fidei proprium; Qvin imò fructu fidem abunde declararent, inqve obſeqvium duceremus omnes Creaturas, & nullus inveniretur morbus, tám contumax aut qvomodocunq; difficilis, qvin extra prædeſtinationem illam divinam, vel ad pænam vel ad mortem, certis remediis veluti χερσὶν θεῶν *ſumma cum felicitate &* ῥιζοτόμως *averruncari poſſet. Qvemadmodum enim plagæ AEgyptiæ Filiis Jſraël non nocebant, ita adhuc dum* θεόπνευστοι, *dum conſentiente Spiritu à morbis immunitatem peterent, eam haud dubiè aſſeqverentur. Juxta dictum* Roman. 8. *In omnibus ſuperamus, propter eum qvi dilexit nos. Item. Omne qvod natum eſt ex Deo, vincit mundum; & omnia, qvæ in mundo ſunt. Et* Luc. 10. *Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici. In pietate ſcilicet & Methodo ad cordati cujusdam Medici ſymbolum. Omnis morbi profligandi prora & puppis;*

 Vera-

Veracem fecit probitas, natura ſagacē,
Officio fungor, cum pietate, meo

Porrò ſi noſtri cognitione eſſemus præditi, nullus tàm profundus ſcientiarum terrenarum abyſſus eſſet, nec qvicqvam tantis præclarum faſtigiis, ad qvæ vel intellectus vel manus noſtræ non longè melius adſpirarent. Uno verbo: In DEI & noſtri cognitione, omnis ſapientia, tàm qvæ cæleſtia, qvàm qvæ terrena reſpicit, penitus ſita.

De primo illo qvomodo cuivis ſatisfiat, eoq; egeno piè conſulatur, Theologis non immeritò, ἀλλοτριοεπισκοποῦντας *odio habens plus qvàm vatiniano, relinqvo. Tantummodò illi non, tanqvam* ἀσύμβολοι καὶ ἑτερόπρακτοι, *ceu tamen nonnulla eorum pars ſolet, nimis vulgari modo per habituales illas exercitationes in Academicis quibuſdam congreſſibus uſitatas ea in re ſint occupati, cæterùm vero deſtituti precibus, Spiritum & veritatem præ ſe ferentibus, nec non contra præceptum Jacobi 2. Oſtende mihi fidem ex operibus tuis;*

Veluti

Veluti vaſa maximè tinnientia, interim inania, luce vitæ ſuæ verè Chriſtiana carentia. Qvin potius iis omnibus ubivis inſtructiſſimi incedant, & cum reliqvis Chriſtianis ſtudeant comprehendere DEUM, Non ſint contenti, curioſitate ſcientiæ, tota ſed cura fructui intenta ſit. Non enim in cognitione fides eſt, ſed in comprehenſione. Non autem Diſputatio comprehendit, ſed ſanctitas; anhelando intereà remis veliſq́; qvantum DEI gratia concedit ad Magiam illam Theoricam (non Goetiam aut Nigromantiam intelligo) puta qvæ omnem juxtà paginam abſolveret, lucemq́; penetrandi ad S. S. ſcripturæ, verbiq́; divini myſteria accenderet ſplendidiſſimam; qvá demum ipſá prælibatis operibus, & toti lithurgiæ verè Theologicæ faſtigium feliciſſimè imponeretur. De qvo videatur Paracelſus philoſophus ſagaciſſimus, ϰ̀ τὰ ϑεῖα Φράζων de occulta philoſoph. pag. mihi 340. nec non verè myſticus tractatus de manifeſtatione Majeſt. div. paucis ab hinc annis in publicum emiſſus.

 Alte-

Alterum qvod attinet: neceſſarium eſt verè de cælo transmiſſum illud γνῶθι σεαυτὸν ad dignum uſum revocare. In eo enim qvicqvid ſuperior ille titulus vel non tangit, vel non perficit, nominatim, qvà verè doctum Medicum reddat, penitus conſiſtit. Homo enim Qvintum eſſe totius mundi machinæ eſt; imò Centrum, in qvod omnes Sphæræ Naturæ radios ſuos infundunt, Microcoſmus & compendium totius Naturæ, Mundi miraculum, Terra Philoſophiæ & Aſtronomiæ, cujus maſſa opificium tanti artificiĳ, qvod nec Diabolus absq; ſtupore tremoreq; intueatur; Limbus ejus philoſophorum lapis dicitur, qui rerum omnium creatarum in Cœlo & Terra, ſolis, Lunæ omniumq; corporum totius firmamenti naturam & proprietatem, veluti pantaura omnium lapidum, continet; adeò ut non ſine cauſa nova lex, Templum DEI, membra DEI, corpus Christi & manſio Spiritus Sancti dici & eſſe præ cunctis animantibus aut creaturis aliis mereatur. Et quis dubitet Chriſtum,

cæleſtem,

cæleſtem, πάντων ὑπέρτατον Regem *non nobiliſſimam habitaculi ſui materiam elegiſſe? Hæc ipſa nimirum cognitio non hominis tantùm exteriorem figuram, non vulgarem & localem anatomiam; ſed illam eſſatam reqvirit, & eatenus objectum habet mundum cum omnibus ſuis partibus & particellis conſiderabilem, Spiritum mundi, verè virtutum cæleſtium aurigam, mentemq́, hominis mirandarum rerum Reginam adeoq; divinam aſtrorum concordantiam, virium item virtutumq; Macro- & Microcoſmi, & qvæcunqve in hoc inviſibiliter, in illo verò ceu prolixiore exemplari viſibiliter & Magicè conſpicienda perficiendaq; veniunt.*

Ideoq; qvicunq; ſecretioris Naturæ cupidus es, & Aſtris imperare dicamve ſcribere ſecundum illud Sapiens dominabitur aſtris, *tibi arrogas,* Teipſum *prius* excute, in Te deſcende, *& videbis qvibus non ignorantiæ tenebris tenearis, tecumq; maximæ non ad magnum magnæ Naturæ exemplar philoſophantium turba;*

Qvam

Qvàm verò nominatim (philoſophiâ naturali, vera Medicinæ baſi & fundamento incognitâ) manca & imperfecta Medicina ſit; qvàm deniq́; remota ab illo faſtigio, qvo in primitus à DEO condita, Adamo Patriarchis ipſiq́; Salomoni & Apoſtolis conceſſa.

Prodeat enim in hoc ſeculo, qvo tamen ſummam Artium & ſcientiarum ἀκμὴν parùm ſcitè, imò plus qvam thraſonicè gloriantur, prodeat qvidam, qui ex ipſo Naturæ ſignato tam exactè ὀνομαθέναι ad intimas uſqve rerum ſingularium proprietates cum Adamo poſſit. Qvi omnia creſcentia indiſcriminatim in cibum & nutricatum cum ipſo aſſumere impunè qveat; Qvi cum Patriarchis aliqvot centum annos vitâ expleat ſuâ; Qvi cum Salomone vires herbarum noviſſe audiat à Cedro Libani uſque ad Hyſſopum; Qui colocynthida ſimplicis cujusdam rei mixtura, ab ingratiis veneni & amaritudinis prorſus vindicet, ut vel maximè hîc illud Syracidis locum habeat: cunctas res cognitione & explicatione eſſe difficiles. Cum

Cum verò ἀδυναμίας hujus præterprofundam creatoris ſapientiam non minima particula & cauſa ſit: qvòd (juxta τὸ ἀληθῶς θεῖον cognoſce Teipſum) non ſubjectum illud mirabilitatis, ſecretioris Naturæ paranymphus, puta Mumia hominis Spiritualis, indeq; abdita illa Tranſplantationum & Magnetismorum extruenda myſteria intelligantur, qvorum non rarò in deſperatisſimis morbis præclarisſimus exiſtit uſus, Ecce quæ ea de re præſens exhibet Tractatulus plurima, arbitror ἀξιομνημόνευτα, nec forſan viſa antea, nec audita uſpiam. Qvem iccircò rari argumenti ergò, tùm etiam ut meum Medicinam jam ferè univerſali honoris & famæ morbo, quòd vix catarrhum ad Methodi leges citò, tutò, jucundè, vincere posſit, lethaliter decumbentem juvandi & recreandi ſtudium, pro virili cuivis probarem; Qvo fine etiam Theophraſtus in libello de origine ſcientiarum partem hujus doctrinæ, qvamvis duntaxat ακρο θιγῶς tangit, publici juris facere & volui & debui.

Si qvid

Si quid ſiniſtri tecum cogitas, Lector Medice, forſan, qvòd Galenus ea de re nihil; ejusdem qvæſo ſententiam 6. Meth. Med. conſideres: Medendi Methodum, non ſolùm poſſe invenire meliora medicamenta, quàm priùs fuerint; ſed & univerſum curationis modum.

Ideoq; ſi Chriſtianus es, animiq; puri & honeſti, omnia utiq; dicta factaq; hic non niſi pura Tibi, imò ipſomet clavo, qvod ajunt, erunt puriora; Si ſceleratus, tuo malo is ſies, mea hoc nihil refert aut intereſt. Bona hæc omnia ſunt, (licet non Delphica omnia) in bonum & laudabilem uſum ſi convertuntur; mala fient mali, non ſuámet culpâ, à qua ſortis improbitate nec optima qvæq; immunia. Si quæ tamen fuerint, quæ aut excuſationem aut explicationem, aut defenſionem merebuntur, & ego & Tu, ſcias, ſapientiores & paratiores erimus cum tempore. Vale.

TRA-

TRACTATVS I.

Cap. Primum.

DE MUMIA QVID SIT, ITEMQVE *ejus extructa Transplantatio.*

CUm de Mumia jam Tractatum re ipſâ ſumus auſpicaturi, operæ pretium duco, tradere priùs quid communiter per Mumiam intelligatur, & qvid noſtra Mumia ſit hoc in loco:

Communis pharmacopœorum & Medicorum chorus ſub eo nomine qvatuor denotare ſolet:

Primò Arabum Mumiam, qvæ compoſitio qvædam eſt ex Aloë, Myrrha, Croco & Balſamo, qvâ cadavera condiebant, deinde aliqvantulo poſt tempore ex ſepulcris eximebant cum ſanie, qvæ ex cadavere exudaverat, ſervabantqve in uſum medicum.

Sic

Sic enim Rhaſes inqvit in ſuis ſynōnymis: MUMIA res eſt, qvæ invenitur in terris ubi mortuorum corpora Aloë condiuntur, à qvibus humor mortui cum aloë mixtim reſolvitur. Hunc ſeqvutus eſt, ejus interpres Serapio cap. 283. ita ſcribens: Mumia ſepulcrorum cum Aloe & myrrha, & qvid admiſcetur eis ex humiditate corporis humani.

Secundò defertur qvædam Mumia ad nos ex Ægypto, ea non ex Aloë & Myrrha condimentum eſt corporum, ſed ex Aſphalto. Ut enim illis nempe Croco, Aloë, Myrrha nobiles utuntur, qvorum tamen corpora effodere capitale eſſe Scaliger refert; Ita plebeios hoc, ſcilicet Aſphalto adverſus corruptionem corpora conſveviſſe munire, ſtrabo Author eſt.

Tertio; cum verò easdem huic virtutes tribuant, qvas Dioſcorides Piſſaſphalto, idemq́; efficere dicant qvod per-

mixtum pici bitamen; interea verò neqve vera Mumia, neque, niſi rarò, Diоſcoridis piſſasphalton habeamus, ex pice bitumine permiſtam piſſasphalton factitiam pro Mumia venditant.

Qvartò: Inſuper ex Hammoniorum regione, qvæ eſt inter Cyrenarum regionem & Alexandriam, ubi arenarum ſyrtes ventorum turbine ſublatarum incautos viatores obruunt, ſicq; arenarum qvaſi collibus & montibus obvoluti & ſepuiti, indeqve admodum cito flagrante ſolis æſtu torrentur & exareſcunt, Carnes cum humanis oſſibus retorridæ afferuntur, ſine aliqva conditura, aliqvove liqvamine.

Ideoque qvatuor Mumiæ vulgaris ſpecies demonſtrari facilè poſſunt; & cum larvis ſolummodò pugnare videtur Fuchſius lib. 1. paradoxor cap. 40. ubi Serapionem Serapioni, Avicennam & Rhaſem ſibimet & toti Arabum ſectæ

tanto

tanto ſtudio opponere, & ex piſſaspalto alicubi pro Mumia poſita, ſimpliciter omnem aliam Mumiam abrogare contendit.

Qvamvis autem de his in genere dicatur, qvod compertum ſit, cruenta vulnera glutinare, ruptis & contuſis mirificè prodeſſe; Qvia tamen ex aliqvousq; hujus libelli producta lectione patebit: Mumiam promiſcuè in corpus aſſumere, periculo minimè carere; Imò ſummè deteſtandam illam eſſe, niſi certô conſtet, perſonam, ex qva detracta ſit, in vivis benè conſtituto corpore præditam fuisſe &c. Ideoqve Theophraſtus in propoſito Tractatu Qvintam inſuper addit, dicendo: eam demùm veram eſſe Mumiam, qvæ corporis ſit non naturali, ex præcedente morbo, ſed violenta morte peremti &c. Supponit cauſas: Qvemadmodum enim ex ordinatione divina nullum animal ad cibum nobis

nobis aſſumendum, niſi qvod ſanâ conſtitutione mactatum venerit, ne ſcilicet morbida ſemina cum cibo nobis conferantur; Ita multò minus morbo prorſus enecata anteà, pro uſu interno tolleranda, cum & mors ipſa illum comitari poſſit. Cui manifeſtò ſuffragatur: qvod videamus omnia ex venatu viventia animalia, ut in avium genere, Milvum, Aquilam, Accipitrem; In qvadrupedibus Leonem, lupum, vulpem, urſum; In piſcium genere Congrum, Delphinum, Thumum, Lupum, mulum, omnia vivâ prædâ oblectari, nec niſi neceſſitate abjecta cadavera attingere, præter urſum fortaſſe. Idq; unicè ejus rei cauſâ, qvod nimirum non ſubſtantiam ſolùm ſuam, eorum materiâ; Verum etiam Mumiam Mumiâ hac cæleſti, qvæ viventium interitu extincto Spiritu magnam partem periit, foveant & augeant. Qvibus rationibus etiam ſtatu-

ſtatuendum: multò utilius nobis è vivis animantibus alimenta fore, ſi illorum materiam vincere, alterare, & ſubigere valeremus. Ut enim recentes carnes, qvæ teneræ ſunt, præmaceratis putridis utiliores ſunt, qvòd à vivis minus abſint; Ita certè nullo præcedente morbo ad uſum parata alimentalem, & viva longè efficaciora, aliis morbo diu afflictis, enecatis mumiaq; ſuâ ita ſpoliatis. Ita enim harmoniâ partium ſartâ tectâ conſervatâ, occultisſimarum & maximarum virium ſinu & ſitu, rerum facultates intimius haurirentur. Id qvod colligimus vel inde, qvod paſſer Troglodytes ita crudè cum pipere ſolùm & ſalo mixtus & conciſus à nephritico comeſtus ad frangendum calculum inſignem facultatem expediat, qvod qvis â cocto vel aliter atq; aliter præparato illo fruſtra expectaret. Par inſuper ratio eſt ejus, qvod nihil qvicqvam nos alere

alere poſſit, niſi qvod ipſum etiam alatur, ſitq; vitâ præditum. Qvoniam noſtra vita noſtraq; Mumia, non niſi aliorum Mumia vitali & congenere, neqve corporis noſtri ſubſtantia, aliâ, niſi illorum, materiâ ſuſtineri poteſt. Qvin etiam qvæcunq; ex his præſtantiorem vitam degunt, utiliora & ſalubriora nobis alimenta præbent. Conſimilem rationem habet, qvòd pars parte maximè, ceu delectu qvodam, gaudeat, & juvetur: Noſtrum qvidem Cerebrum animantium cerebro, pulmo pulmone, jecur, jecore, cor corde; Idqve unicè ob Mumiæ & æmulæ ſubſtantiæ cognationem.

Cum verò Author hanc eandem Mumiam nullibi minori cum ſuſpitione reperiat, qvàm in patibulis è facinoroſorum corporibus. Cum iis namqve ita ſe res habet, ut lenis ſiccatio qvæ humorem aqveum expirare facit, nec oleoſum,

oſum, mumialem, ſollicitet, impenſè juvet ad Mumiæ conſervationem. Cui accedít, qvod illa à ſuperioribus luminaribus illuminetur, continuoq; cæleſtium ſpirituum appulſu roboretur, unde poſtea nomen & exaltationem conſtellatæ Mumiæ mereatur.

Ideoq; hanc ipſam, Aëris nempe Mumiam, Theophraſtus è corporalibus omnibus, puta Ignis, Aqvæ, Terræ Mumiis maximè extollit, His potisſimum verbis:

Wenn die Artzte vnd ſonſt månniglich wüſten/was mit dieſer Mumia fürzunehmen/oder wozu ſie nütze/würde kein Vbelthåter vber drey Tag am Galgen oder auff dem Rade liegen bleiben/ ſondern hinweg genommen/ wo es anders müglich were. De qvibus infrà latiùs.

Cum verò non de hac ſolùm, ſed etiam de ſpirituali alia inde producta & promanante multa proferat, utinam tamen

tamen penitus pandere voluiſſet; inprimis his verbis: daß noch eine andere Mumia verhanden/ nemblich die/ welche von einem lebendigen Leibe ſeparirt vnd præparirt wird. Dann ein jeglicher Menſch kan ſeinen Leib in Mumiam transmutirn, ſeinem Leib vnd Leben ohne ſchaden/ vnd ein Stück von ſeim Leib nehmen/ daß mans doch dem Leib nicht anſihet. Ideoq; ulterius explicandum nobis erit, qvid per corporalem & Spiritualem Mumiam & qvomodo Author hoc in loco intelligat, qvidq; propriè per eadem intelligi debeat.

Notandum itaque venit: Corporalem nuncupari non ratione ipſius eſſe formalis, qvatenus in ſe ſuaqve natura talis ſit; Nulla enim eſt propriè Mumia, niſi ſpiritualis, vel ea duntaxat ratione: Qvôd ab interitu ſeu disſipatione Spiritus ſeu Balſami vitalis, defectum omnis veræ Mumiæ arguat, cor-

pore intereà nihil patiente. Verum ratione ſubſiſtentiæ & operationis, qvatenus cùm per ſe, tùm ratione proprietatum, in corpore firmiùs inhæreſcat, ſuamq; efficaciam, ſecundum hanc artificis œconomiam, non niſi per idem & cum eodem potenter exerat.

Ut ergò Corporalem ita ab Authore impropriè dictam percipis; ſic nec nomen Spirituali ſuum propriè & *καθ' αὑτὸ*; ſed *κατὰ σχέσιν* duntaxat attribuit. Hoc videlicet modo: qvòd citra & extrâ corporeum ſubjectum, puta emanans duntaxat Mumiæ virtus, inſtar accidentis è ſubjecto, operationi inſtitutæ inſerviat. Id ergò Spiritualis Mumia hoc in loco ab Authore dicitur. qvod propriè & ſubſtantialiter Mumia Spiritualis non eſt, ſed duntaxat ejus proprietas. Qvomodo enim â corpore alias divortium faceret, citra omnem ejus, vitæq; jacturam? Cùm vel exerci-

tatione

tatione nimia, vel pharmaco, vel venæ-
ſectione, Spiritus qvadamtenus exhau-
ſtus inſignem noxam pariat? Unde
porrò deſumendum Corporeitatem &
Spiritualitatem Mumiæ prædictam eſ-
ſentialem ejus differentiam verè & phi-
loſophicè non conſtituere, ſed ſolum-
modò ratione ſubſiſtentiæ & medici
uſus ejusdem vel reſpectu utilis diſpen-
ſationis (Medicus enim res non ἀκρι-
βῶς, ſed plerunq; χελικῶς, diſtingvit,
& ſic Spiritus in homine animales, vita-
les, & naturales ſtatuit, qvi tamen non
niſi in qvadã comparatione tales ſunt)
contingere, qvod aliam atqve aliam
appellationem mereatur. Uti enim ſe-
men hominis neq; pars ipſius hominis
eſt, neqve qvicqvam ſubſtantiale par-
tium corporis ipſius, ſed tantùm vis,
ſeu forma qvædam, cum minima &
ſubtilisſima materia alimentalis ſuper-
fluitatis in teſticulos demiſſa, qvorum

περιστοποιητικῇ poſtea exactiùs coqvitur, ſpiritibus mechanicis augetur, & ſcientiâ ad ſe in loco & tempore à lithurgia naturæ prædeſtinatis, multiplicandum imbuitur; Ita Mumia Spiritualis, qvatenus operi Transplantationis inſervit, cum id absq; ullo corporis detrimento præſtare debeat, neq; pars internæ Mumiæ eſſe poteſt, multò minus ipſiusmet corporis, ſed neceſſum eſt, eſſe qvandam προσβολὴν ſeu διάβασιν, qvæ facultatibus & proprietatibus principii interni impenſè prædita, puta qvod ſui promotione non ad uſqve corporis extrema duntaxat, ſed ulterius qvoqve in materiam ſatis diſpoſitam, qvæ ſecundum Artem noſtram pro Magnete proximè apponitur (eadem ſanè ratione qva vel in accretionibus anima ſeſe in alimenti novam materiam induit, vel à lampadis flamma, flamma excipitur, illa nihiloſecius integra remanente, vel

qva

qva radius è corpore exit, ita ut licet aliqvid corporis ſit, intereà neq; ipſum corpus,neq; pars ipſius)recepta easdem porro virtutes edat,ac ſi ipſummet principium, ipſaq; Mumiæ ſubſtantia undiqvaq; præſens habeatur.

Ex qvibus perſpicuè colligere eſt, Theophraſtum uno nomine appellare Mumiam ipſam Spiritualem & ejus, ut ita loqvar genituram, cujus beneficio Transplantatio propriè & proximè perficitur. Qvod ipſum niſi monitum anteà fuiſſet,vel dubitationem poſthac, vel penitus errorem alicui parere potuiſſet.

His ita præmisſis jacta jam alea ſit ad ponendam rei definitionem: Eſt ergò Mumia propriè ſic dicta, ſubſtantia corporis tenuisſima,ſpiritualis,æthe-rea, cuiq; pro natura ac ſpecie ſua ingenita, in morte & poſt mortem aliqvatenus permanens, cùm affectionum

tùm virtutum ejusdem intimarum & propriiſſimarum plurimûm abundans; indeq; cùm ſuimet, tum proprietatum ejus, ritè extructæ Transplantationis conſtellatæ medio mirè prodiga & fæcunda, ad eum finem ut vel in ſuo, vel in alieno ſubjecto natura ſeu diſpoſitio vitioſa morbidave corrigatur, integra & ſana conſervetur & roboretur.

Et habemus hujus MUMIÆ multa præ oculis exempla, Uno tamen atqve altero hoc in loco, partim etiam ex alio petito genere, unde ſimul miranda ejus operatio illuceſcat, lectorem contentũ fore ſpero.

Qvod igitur unicuiqve animantium generi proprium deſignatumqve ſemper ſit alimentum; (Sunt enim Muſcæ, qvæ de Napelli frondibus victum capiunt, cicuta hominibus venenum, ſturnis nutrimentum veratrum noxium hominibus, coturnici-

bus

bus pro cibo inſervit) Qvod inſuper unaqvæque corporis pars ex confuſa & multiformi maſſa ſangvinea id ſolum qvod ſibi accommodatum eſt, proliciat, os qvod oſteam ſubſtantiam, caro, qvod carneam reficiat, conſervet & augeat; Qvid hoc aliud, qvam Mumiæ prædictæ proprietas, qvæ non niſi familiarem aliunde Mumiam pro conſervanda ſua qværat, expetat, & ſuis uſibus accommodet? Vides phthyſicum uſu & eſu Pulmonis vulpis (ut hoc in loco directiones ad alia membra, velut Cantharidum ad veſicam, ad fæturam Ætiten ad ventriculum Milvij pellem, ad oculos hirundinariam, ſilentio prætercam) reconvaleſcere, prædicto pulmone σωματικῶς ſeu ſecundum ſubſtantiam in ventriculũ duntaxat, in pulmones ægrotantis verò non niſi Spiritualiter, & ſecundum illas partes, qvibus membro iſti conveniens eſt, recepto.

 Simile

Simile de pœonia maſculo ex Galeno conſtat, qvod vel appenſa ſaltem & ratione amuleti, dummodo tempore ſuo Balſamico collecta fuerit ab Epilepſia præſervet. Vides inſuper Roſam hyeme latere, ita ut corrupta qvadantenus ejus natura & elementis, nihilominus ſignatura cum ſpeciei, tùm novi individui incorrupta permaneat, qvæ adventante Aſtro vernali Roſam formoſisſimam recens format & producit.

In qvo prædictæ interea facultates ſeu δυνάμεις latuêre, in & cum qvo nervus prædictæ ſuæ operationis, illud indubitatò dixerim cum pœoniæ tùm Roſæ & aliorum fuiſſe mumiam; Cui non conſtat, phyltris ſuam eſſe potentiam ad ducendum, alliciendumq; in hunc vel illum affectus & animum? Nec certè ſemper præſtigiæ ſunt, qvæ circulatores ad fugandos congregandosve mures, glires, pulices, locuſtas, talpas,

talpas, ſcorpiones ejusq; farinæ beſtias alias adhibent. Sed vere philoſophica vel alienationis vel attractionis Magiſteria. Num Avis apud Indos perhibetur eſſe, cui propterea Scaliger Cacovoræ nomen fecit, qvæ non niſi aliarum avium ſtercore alatur, ideoq; omnibus illis familiaris ſit, imò asſidua affecta? Qvis veterum tradita fabulæ inſimulet, qvod cum lacte humano ferocisſima animalia Tygres & alia cicurentur? Horum certè omnium & qvæcunq; vel translatio virtutum, vel alteratio in eorum negotio obſervatur, cauſam, principium, architectum & medium, Mumiam dixerim, & qvidem ejusdem proſapiæ, cum noſtra, qva tot capita hîc abſolvimus. Sic granum Terræ commiſſum putreſcit, ac velut interit, anteqvam novum germen proferat, Ubi hîc ſeminis Anatomia & poteſtas; nova poſtmodum revolutione munda-

-num Theatrum novo corpore exornatura? Dixerim iterum absqve omni dubitatione, illud qvod ſeminalem vim retinuit, Mumiam, revera balſamicam eſſe, humanæ dictæ Mumiæ homogeneam, omnium abſtruſarum rei cujuscunqve naturalis divinum principium.

Eadem ſententia eſt de Semine hominis; in qvo licet minimo, qvod enim vides ſemen non eſt, totus tamen homo cum omnibus proprietatibus, facultatibus, actionibus, & paſſionibus actu primo reqvieſcit.

Idem judicium ſit de herbis & plantis aliisve rebus avulſis arefactis, aut qvoqvomodo emortuis; qvibus ejusdem ſpeciei plurimis, nihilominus eadem adhuc viget & operatur virtus cælitùs ſemel infuſa. V. G. ſingulis poeoniæ radicibus mumiali tempore collectis (non enim de nihilo eſt, qvòd

qvòd propter diverſam Geniturarn, indeqve cælitus datam Mumiam, una eademqve herba diverſæ ſit facultatis, cujus etiam exemplum unum atqve alterum monſtravimus in philoſopho Medico noſtro de peſte,) facultas antepileptica; Ivæ Artheticæ, artheticæ; Scordio contra Gangrænam; Scabioſæ contra tumores peſtilentiales; Galeopſi contra Cancrum; donec Mumia eorundem prorſus extingvatur.

Cuinam porro alij rei tribuendum qvòd aliqvando in una & eadem re diverſæ, imò qvandoqve contrariæ facultates; niſi variæ è diverſis ſpeciebus Mumiæ congreſſæ fuerint, alia aliam modò diverſa facultate ſociando, modò haud parum afficiendo, modò etiam prorſus immutando? Qva ratione Cuſcuta è Thymo, (ob id Epithymum dicta) longè aliis viribus

operatur, qvàm qvæ ex aliis plantis prodiit; Aliis Cornua cervi; aliis Damæ; Dentes Hippopotamorum aliis à dentibus Elephanti. Ut & viſcum qvernum, alia virtute præditum, qvàm Ilignum & alia; Galla aliâ à Salvia producta qvàm à Qvercu. Qvid aliàs cauſæ contagia morborum habeant, qvòd, *Cum ſpectant oculi læſos, lædantur & ipſi, &c.*

Qvalis enim hominis conſtitutio, talis qvoq; Mumia iſtius, talis inſuper expiratio, talisq; deniq; in alio ſecundum analogiam, receptio & Transplantatio. Ais, omnes morbos ita contagioſos fore, cum ſingulis ſua Mumia ſubſit? Reſpondeo: omnes etiam eſſe contagioſos, imò ipſiſſimam etiam ſanitatem, ſi ſecundum activam propriam duntaxat potentiam perpendantur, ſeu ut philoſophi loqvuntur, κατ᾽ ἐντελέχειαν. Unumqvodq; enim naturaliter potentia præditum eſt, tale reddere

& ali-

& aliud qvod contingit, qvale ipſum per ſe eſt. Licet æqvè promta & expedita omnium operatio non ſit. Sanitas enim qvies qvædam eſt, Temperies & habilitas naturæ amica,& proin minoris activitatis, qvàm ut Mumia ei ſubjuncta alium vel ſanum vel ægrum tàm promtè afficere qveat. Qvæ ipſa ratio qvoq; in reliqvis morbis militat, pro non contagioſis vulgò habitis. Vel enim illi profundius in corpore hærent, & ad fixiorem coagulationem deſtinati ſunt, vel ſpiritibus minus fæcundi exiſtunt, qvàm ut vicinum qvemvis contingere, vel contactum immutare valeant. Qvamvis nullus horum non alicubi ratione contagij alteri perniciem attulerit, ut & καϑ' ἐνέργειαν, & ad paſſivam rationem objecti rem conſiderando omnes morbi, ſed ſecundum magis & minus ſint contagioſi. Ideoq; qvod vides, in his omnibus qvaſi prora

& puppis Mumia eſt; Qvibus plurima alia ſe invicem vel appetentia vel odio habentia ſympathica & antipathica, annumerari facili negotio poſſent, qvorum Mumia Spiritualis primaria cauſa, inſuper ſecretisſimarum rerum mirifica architectrix.

Hæc eadem, inqvam Mumia, qvælibet ſecundum ſe totam & omnes ejus partes, & individuas earundem proprietates (qvæ & ipſæ qvid aliud, qvàm aliter conditionatæ partes ſuæ ſpeciei ſunt?) cum certo & peculiari Aſtro vi tàm arctâ conjuncta eſt, ut qvalicunq; ſui ipſius parte proprietateve qvoqvo modo (veluti ad hoc totius Naturæ Regnum conſentaneis & diſſentaneis, ſympathicis & antipathicis aſtris mirè abundat) ab ipſo divulſa, vel in eo ipſo exaltatiori gradu unita fuerit, divinâ qvadam cônſortij lege totum, non aliter, qvàm in homine, qvòd capitis eſt

cum

cum capite, qvod pedis, cum pede, mirabiliter per communem illum victorem Mundi Spiritum conſpiret; atqve adeò idem totum vel beneficium, vel maleficium, oſculum vel plagam, ad longisſimam diſtantiam magneticè experiatur. Hoc apparet ex ungvento illo ſympathetico minimè impoſtorio; Qvî enim non cauſas naturales habeat, cum non ſolùm idipſum, ſed & multa conſimilia (inter qvæ meritò recenſetur Spiritus vitalis in qvocunqve conſervatio ex appulſu generalis totius mundi Spiritus, definitis ſiderum coitionibus pro conſtitutione ſua cuiqve cumulatisſimè defluentis, qvis enim hîc cum rebus ſuis Aſtrorum contactus?) absqve ulla Magiæ ſuſpicione, benigna Mater Natura, multiplici experientia confirmet. In ejus τεκμάρσει pars duntaxat Mumiæ partis vulneratæ, eaqve minima, mediante ſangvine in

Enſe vel telo hæret; nihilominus ex ungvento mundto per vim Sympathicam, eamq; ex ſpiritu Mumiæ animali ſanationem acqviſitam, ſtatim mediante Spiritu Megacoſmico omnia penetrante & reſerante, congeneri ſuo in venis ipſius membri totam communicat; adeò, ut ſanatio partis Mumiæ in ipſo inſtrumento hac ratione ſit redintegratio totius Mumiæ in ipſa parte offenſa, & econtra afflictio ſeu ægrotatio ipſius in inſtrumento hærentis, ægritudo ejusdem in ipſo homine. Ex qva item ſympathias ſpecie profluere arbitror, qvod ſecundinæ, aliarumqve partium, excrementorum item alvinorum, particulam duntaxat Mumiæ ipſiusmet, Individui complectentium mala ſepultura, ut qvaliscunqve tractatio tyrannica, ipſi ſtatim toti individuo ſecurim injiciat. Sic Zenith juvenculæ in ignem projectum, ſiſtere ignem dicitur,

tur, ſed cum diſpendio virginis, à qva fluxit, qvia mori debet. Ad qvod non obſcurè referri etiam poteſt, qvòd vina vetula in doliis efferveſcant, feces moveant, & turbentur, eo tempore, cùm vites florent, gemmasqve protrudunt. Qvin imò ἀνευποδίστως dixerim; hanc eandem mumiæ conditionem in certis rerum Aſtris veluti Centro aliqvo velitatam, mirabilisſimarum Antipathiarum ex omni familia, verbi gratia, occultarum & Magneticarum curationum, plantarum ad certa tempora ubiqve locorum (ſub uno cælo ſitorum) ſimul germinantium, florentium & fructus aliosve pariter effectus proferentium, cujus rei exempla undiqvaqve obvia ſunt unicæ & adæqvatæ cauſæ rationem promereri.

Unde enim proficiſceretur, una Heliotropiorum ſpecie lucente Sole, ad Ejus jubar ſe vertente, omnes eandem

verſio-

verſionem experiri? Unico Lothi exemplari ad ortum & occaſum ſeſe è profundis Lacuum erigente, iterumqve in intimum uſqve abyſſum reclinante, omnia ejus Speciei per totum Hæmiſphærium ad eandem tractionis vim moveri? Et unde aliàs, qvod plures in Novilunio nati æqvè inter ſe vel corpore vel animo imbecilles ſint? Unde inſuper illud, qvod Mizaldo referente, pingvedo & caro Urſi in pixidibus & thecis aſſervata, tum temporis augeſcat, qvando Urſi in latebris deliteſcentes per hyemem pingveſcant. Qvòd Lac Matris pungat eo tempore, dum alibi infantes ex defectu ipſius ejulare incipiunt? Qvòd piſi in Novilunio ſati licet in diverſis agris uſqve ad extrema meſſis tempora flores ſubinde proferre nunqvam deſinant, nec ullibi fructibus perfectè maturis Dominos ſuos exhilarent? Qvòd deniqve

qve unico ſaltem peſte é ſublimi correpto, malum ſtatim aliqvot millibus ſit commune? Qvòd teſte Hiſtoria Anglorum, Aqvula ſingulariter ad id præparata colore ſuo & ſubſtantiæ modo (inter Regis filios Oliverium & Artum) alteri alterius ſtatum per multa miliaria ſignificarit.

Qvòd non nemini viſa duo inſtrumenta Muſica ita comparata ut ad ſonum unius moverentur ſenſibiliter fides alterius; Præſente autem alterius alicujus inſtrumenti ſono non motæ cenſerentur; Qvôd in cadavere occiſo, præſente interfectore ſangvis fluat, eoqve ipſo homicidam ceu digito monſtret. Qvòd Ellychnium ſingulari artificio accenſum cum morborum cum deniqve mortis ejus cujus ſangvis ad id adhibitus, indicium ad remotisſima loca certisſimum præbeat.

Taceo

Taceo Electri illius Magnetici arcanum, cujus diverſis licet pixidulis incluſi, eadem ad ſecreta mentis longisſimè abſentibus annuncianda ſeu deferenda conditio eſt; Nec non Sambucum, cui omninò eadem, niſi potentior, contra caducum virtus, qvæ vel paſſeri vel picæ qvorum aliqvando cadavera putrefacta, aliqvando ſtercora è baccis ejusdem prognata creſcendi cauſam dederunt. Item Tamariſci radicem incenſam, inqve Icterici urina reſtinctam Icteritiam curari; Condylomata hæmorrhoidali herba prius aliqvandiu adhibitâ, poſtea aëri commisſa, mirabiliter ſanari. Plurimis in ſuper creſcentibꝰ ejusdem licet ſpeciei, (qvod idem de ingeniis hominum dicendum) aliqvando diminutiorem non raró etiam contrariam prorſus potentiam eſſe, prout vel ſub uno concordi & naturali, vel ſub alio eoq; peregrino Aſcendente

ſata,

ſata, nata collectave fuerint. Scilicet omnium narratorum cauſa eſt harmonia Spiritualis Mumiæ ſub rei cujuscunqve certo & à DEO primitus adordinato Aſtro, cujus viribus percelſis ac motis, æqvè virtutes in natura rerum ſubordinatarum analogæ, tàm in una, qvàm in alia earum parte exercentur, niſi per accidens, ex impuritate videlicet & inæqvalitate materiæ impedimentum interveniat. Hinc ergô diverſitas rerum ejusdem ſpeciei ſecundum majorem vel minorem potentiam. Omnes enim fluxus cæleſtes impediri poſſunt per confuſionem & inhabilitatem materiæ. Unde natum proverbium Plattonicum: Secundum meritum materiæ infundi virtutes cæleſtes; Et res illæ in qvibus minus immergitur Idea materiæ, hoc eſt, qvæ ſeparatorum majorem accipiunt ſimilitudinem virtutes habere potentiores in operatione ſimi-

ſimiles operationes Ideæ ſeparatæ. Hæc ipſa vera & verè philoſophica ſympathias rerum cauſa eſt, cui niſi obliqve concilientur, omnes aliæ à variis hinc inde multo ſudore excogitatæ, ſæpè etiam magno applauſu ab aliis acceptæ, meritò palmam cedant. Audi enim qvid Scaliger vir tanti acuminis ingenij, ùt vix á vero aberrare poſſe ipſum putaverim: Statuendum, inqvit, eſt, qvædam communia ſpeciebus, qvæ iccircò impellantur ad qvandam convenientiam. Sic eſſe qvasdam generum contrarias differentias; ex qvibus inimicæ ſpecies oriantur. Hæcqve eſſe primordia ſympathiæ & antipathiæ. Atqvi ſi communitas generica adæqvata ſympathias cauſa, qvare cum omnes cujuscunqve generis ſpecies æqvalem & ſine ordine inter ſe convenientiam habent, loqvor de genere univoco, non æqvè omnes etiam ijsdem affectio-

affectionibus gaudeant? Ais, ſpecies æqvivoci generis intelligi? tùm verbi cauſa, cancer Sympatheticus non æqvè erit animal, qvàm alius piſcis extra illam ſympathiam. Si porrò inimicæ generum differentiæ in ſpeciebus Antipathias cauſa ſint, (qvod tamen affirmare manifeſta eſſet petitio principij, cum non dicat interea in qvo conſtituatur illa differentia) qvî fiat, qvod non omnes hujus differentiæ ſpecies, verbi cauſa, una hominis affectio antipathica omnibus ſimul individuis ſit communis; qvare cum homo æqvè formam differentiæ participet, non ſimul omnis principia ad contrarias easdem affectiones adeptus fuerit?

Ideoqve minus cautè Philoſophus Medicum carpere videtur, imò, venia ipſius hoc dixerim, minus rectè. Qvamvis enim Fracaſtorium, cui plura hac in parte accepta referenda, qvàm Scali-

Scaligero, variis telis adoriatur, vulneri tamen facilè cicatrix obducitur, ſi per conjunctionem formæ in ſympathicis, earundemqve propagationem, qvæ à Scaligero potiſſimum pungitur, non formam, qvatenus illa à materia totaqve ſubſtantia diſtingvitur, ſed ſpeciem ex illis in ſimul exortam, per conjunctionem vero ejus, nihil aliud, qvâm promotionem mutuamqve applicationem proprietatum ipſius, qvarum ope illa, qvæ ſua ſunt, omnia efficit, uſitatiſſimo ſenſu intelligas.

Hujuscemodi proprietatum effluvium ſeu *ἀπόῤῥημα* nos etiam intellectum hoc in loco volumus.

Affirmat enim Theophraſtus fieri Mumiæ *ἔκκρισιν* & transplantationem absq; rei aut formæ ſubſtantialis ipſius diminutione. Sit ergò oportet accidens, qvod extrahitur, qvodq; pro medio transplantationis ſumitur, idqve propri-

proprium, & nullo modo ſalvâ ejus eſſentiâ à ſubſtantia rei prorſus dividuũ, qvod cum rei Spiritu ad extrema ipſius ductum, mox cum Magnetis Microcosmici præſentis proprietate mutuo occurſu unitum, & deniq; mediantibus aſtris terrenis, Spiritibus & Aſtris cœleſtibus accommodatum, eorundem adſpiratione & conſortio, vi qvadam cæcâ cuiq; pro modo tamen conſtitutionis ſuæ, tantum prædæ utiliſſimè & efficaciſſimè reportat, qvãtum ipſi antea ad perfectionem defuit.

Eſt ideoq; Transplantatio, nihil aliud, qvàm mutua unius rei in aliam propagatio, beneficio proprietatis Mumiæ eſſentialis debitô Magnete extractæ, indeq; ex utriusq; cum Aſtris rerum cognatione, in ſingularem utilitatem & fortitudinem ipſius promotæ. Seqvitur de differentiis Mumiæ.

DE DIFFERENTIIS MUMIÆ Microcoſmicæ

NOn de differentiis Mumiæ in univerſum hic ſolliciti ſumus, de qvibus potiſſimum præcedente capite, ſed de iis duntaxat, qvæ inter paracelſicaſus qvas vocat corporales intercedunt. Eæ deſumendæ erunt è natura Elementorum, qvibus corpora poſt mortem committũtur. Qvemadmodum enim illa per ſe pares operationes non edunt, ſed iis ipſis à ſeinvicem longiſſimè diſcedunt; Igne igneas aëre aëreas &c. proprietates exerentibus qvæ aliqvando penitus inter ſe contrariantur; Ita & generationes & corruptiones rerum in iiſdem inchoatæ abſolutæq; longo diſcrimine à ſe invicem diſtingvuntur, nec eædem genitorum corruptorum

ptorumq́; undiqvaq; ſunt conditiones. Genitorum exempla inde percipis, qvòd caro Avium aërea, non ſit velut caro aqvea piſcium; nec ignea vulpis, Leonis, &c. Sicut terreſtris, Bovis &c. Ita etiam corpora naturam aſſeqvuntur planè diſtinctam, ex diverſis elementis qvibus poſt mortem committuntur. Qvando enim humanum corpus in terræ gremio à morte relinqvitur, tùm terrenam, & tepidam velut putrefactionis ſpeciem ſubit, Spiritu intùs ſuffocato, ut ejus Mumia abominabilis & ad nullum uſum propriè deſtinata ſit. Non minus in Aqva corpus ejuſdem elementi naturam ſeqvitur, inq; mucilaginoſam putrefactionis ſpeciem deſinit, qvæ ſimiliter Spiritui vitali ſeu Mumiæ rei prorſus infeſta. Ignis Spirituum & corporis ſimul deſtructorius

omninò eſt, proin ſummè illud corrumpit mumiamq; penitus, niſi certo ejus gradu obſervato, abigit.

Ideoq; qvatuor qvidem corporales mumiæ à Theophraſto monſtrantur. Ignis ſcilicet, Aqvæ, Terræ, & Aëris. Verum tres priores non niſi ἐξίτηλον καὶ ἀδόκιμον mumiæ genus ſuppeditant, unâ aëris mumiá utili permanente. Qvin imò tantum abeſt, ut illa vel in minimis ad conſervationem humanæ vitæ apta; qvin potius ipſi prorſus ſint contraria, Id eſt ad Antipathiam magis, qvàm ſympathiam, magis veneficia, divinâ tamen lege ſeriò interdicta, qvam beneficia conferentia. Hujus duplex potisſimum cauſa eſt: Primum: totalis corporis in ipſis putreſcentis deſtructio, qvâ de re Terra & Aqva Microcoſmi in primum Ens macrocoſmicum ſeu Limbum remigrare coguntur. At verô qvia duo illa microçoſmi elementa retinaculum vitæ

ſunt

ſunt, aëris videlicet & ignis, qvæ in integro & incorrupto duntaxat corpore ſedent; ideoq; illa confeſtim cum tribus prædictis mumiis divortium facere, atq; vivido Elementi Macrocoſmici corpore, in cujus ſimi diſſolutionem patitur, vix aliter qvàm ſimi eſſentia ab agro abſorberi cogitur. E mumiis verò ad conſervationem vitæ humanæ nihil expetitur, nihil qværitur, niſi ipſa Vita qvæ igne & aëre, vel pro letario ſermone, Calore & Spiritu! Illæſis permanentibus definitur. Ideoq; nihil in ſe retinent amplius, quod utiliter extractionem mereatur.

Altera cauſa eadem eſt cum præcedente de Elementis elementatis dicta, hoc unico tamen excepto, qvod illa de ejuſmodi corporibus accipienda, qvæ trium illorum elementorum ſævitiâ pereunt. Hoc in loco verò de iis propriè differendum, qvæ ex propria corporis malitiâ, ſeu morborum vehementiâ vitâ

 defuncta

defuncta ſunt. Nam hæc eadem evanidæ virtutis cauſa tribus prioribus rejectis Mumeis minimè antehabenda. Qvamvis enim non ſenſibili elementorum externorum actione diſſolvantur; ab iiſdem tamen jnternis cæca qvædam, inſenſibili & influentali modo corruptio infligitur; cujus cauſa poſtmodum non ſolum diſſenſus, ſed & bella prorſus inteſtina in ipſis exoriuntur, ad ſe invicem penitus devaſtandum, deſtruendum, & ommimodæ internecioni tradendum, alio qvidem atq; alio in diverſis corporibus modo, ſecundùm qvod hoc vel illud dominatum obtinuerit. Unde etiam variæ morborum jdææ, modò Hydrops ex pluviali impreſſione Aqvæ, mox febris ex Nitroſulphurea impreſſione ignis, modò Elephantiaſis ex impreſſione Terræ &c. De qvo Hermetici in pathologicis paſſim. Tali ergò elementorum corruptione mota, citatim

citatim qvoq; Balſamum vitæ mumia-
lem, vitalemq; Spiritum domicilio diſſi-
pato ceſſare neceſſum eſt. Ideoq; & hoc
modo è vita remota, ſive à tergo natura-
libus mortis ſpiculis transfixa corpora;
mumiam non niſi inutilem & rejectiti-
am ſuppeditant. Hanc itaq; Theophra-
ſtus vocat die Mumien der am Schelmen
geſtorbenen Leiber.

Qvæ verò mala his tribus mumiis cō-
trariè & antipathicè pro cujuscūq; cor-
poris impreſſa labe excitari qveant; poſſe
autē inde colligere eſt, qvod qvi de carne
elixa lupi rabidi alicubi paſti fuerant, o-
mnes rabie correpti; qvod item ex Cada-
verum peſtilentium elixatorū jure oſtio-
rū peſſulis manubriis, poſtibus illito ve-
neficia aſperrimā peſtem inducētia ſæpe
parata fuerint. Cujuſmodi plura nempe
de Mumia veneficarum, de pulvere ſepul-
crorum peſtilentialium, de Mumia peſtē
attrahente ê ſpermate diabolicè ſur-
repto &c. Theophraſtus qvamvis, et

meritò, obſcurè tractat 2. de peſtilitate; de iis, ne ad impietatem, qvæ ultrò nimis adeſt, qvemqvam armemus, hoc in loco cum nec Authori Theophraſto idipſum placeat, dicere qvicqvam, nobis ſit relligio.

Verumenim verò Corpus per aëris interceptionem interfectum, nullam propterea impresſionem tyrannicam in corporalem ſuam maſſam elemētaliter perpeſſum, penitus in deſtructum permanet, elementali reſolutioni ſeu putrefactioni minus obnoxium, donec ſub udo cælo & in aëre ita conſervatur. Idq; propterea, qvòd evolatio humoris aqvei, qvæ aëre & motu accelerata, humorem oleoſum balſamicum in ſuo eſſe conſervarit, qvi aliàs in conſortio humoris aqvei fuiſſet unà evolaturus; qvod conſpicuè videre eſt in paliſignem paſſis, & carnibus fumo caſtigatis. Qvæ eandem ob cauſam partim longisſimè durant, partim ſuccum

alibilem

alibilem integrum retinere,& inde in deliciis ſæpè haberi ſoleant.

Accedit qvod pœnam tâm contumelioſè ferendo Spiritus Mumiales ob mali præſentiam in ſummam ἀκμὴν abrepti & ex ſperati, ipſis intîmis ſubſtantiis acerrime & acutisſimè commiſceantur; cujus cauſa, ut corpus in vivis ad qvaſcunq; facultates inſtructius redderetur, ita jam poſt mortem eô ipſo balſamicâ qvâdam potentiâ intimius imbutum, habitudini elementorum putredinali fortius repugnat, ſeq; contra omnem cùm putredinis, tum totalis corruptelæ inſultum defendit. Qvæ ſic habere argumento ſunt numero plurima: Qvòd nempè hujuſmodi corpora in portiones diſſecta contra ſuam naturam,(Spiritus enim pariter diffuſos non habent, ſed cellulatos) hinc inde motibus aliis atq; aliis ſubſultent, ut vulgò propterea inſontes, & ante ſolis occaſum non mori potuiſſe credantur; Imò non-

nunqvam Canis viſus eſt, abſciſſo corde vociferans & progreſſum faciens, ut non temerè hac in parte halluccinatum Ariſtotelem, dixeris qvod Cor primum vivens & ultimum moriens, pronunciarit.

Propterea corpore ſeu domicilio Spiritus ſive Balſami vitalis integro illæſoq; permanente; Balſamus etiam ab ipſo diſcedere non neceſſum habet, qvouſq; ita in ſua elementa irreſolutum illud, perſtiterit. Ideoq; nihil hîc derelinqvitur, aut ſeparatur, præter animam animantem rationalem ſeu formam hominis informantem, cujus præſentiâ ſpecifica cujuſvis differentia erat conſtituta. Homo enim vitâ defunctus, & in Mumiam redactus, homo amplius, niſi æqvivocè, non eſt. Spiritus verò vitalis, vegetabilis, Balſamus naturalis ſymphytos & cum eo occultarum virium exuberantia in tali corpore nullam jacturam patitur.

Ideoq; Mumia duntaxat aërea Micro-

crocoſmi ad tuendam hominis valetudinem aliosq; infra memorandos uſus extrahenda ſeparandaq;, ita tamen ut perſona, ſeu ſubjectum in vivis, accurrata integritate & ſanitate præditum, vel ad minimum nullo difficilis paſſionis aut in ipſa partium eſſentiali conſtitutione, facultatisve per ſe læsæ organo, adeoq; mumiali qvodam morbo detentum fuerit, ſecus enim antipathica prorſus actio inde in promtu, conceditur.

CAPUT III.

DE EXTRACTIONE MUMIÆ Aëreæ

PAracelſus in multis locis hinc inde Balſamum Mumiæ aëreæ Microcoſmi ad tutandum humani corporis ſalubritatem in eo qvod venenis aſsumptis, cujuſcunq; generis ſint, potentisſimè reſiſtant, horrendã peſtis intoxicationem & multa alia morborum genera feliciſsime abigant, mirificè extollit, aperteq; profitetur: Auri potabilis

bilis; omniumq; rerum majoris mundi atq; adeò Lapidis etiam philoſophici ἐνέργειαν & Virtutem κατὰ διάκρισιν inde comparari & ſuſcitari poſſe. Qva de cauſa penſiculatius myſterium hoc evolvere, extractionemq; ipſius ſtudioſiùs indagari operæ pretium duxi. Et dum hoc facio, mumiam hãc aêream non uno eodemq; ſed variis modis ſeparari & extrahi poſſe, reperio.

Primùs perficitur per viam putrefactionis & ſeparationis Elementorum, eorundemq; combinationem, ita ut novum corpus inde conſurgat, pro membrorum ſuorum differentia, extractione Mumiæ inde peractâ ſimilium quorumcũq; proprietatibus gaudens, iiſdemq; propterea opitulari paratiſſimum.

Secunda extractio Mumiæ inſtituitur ad modum qvintæ eſſentiæ, de qva in Exegeſi noſtra prima &c. Tertia per deſtructionem corporis, tranſplantando poſtea

Spirituum

Spiritum Mumiæ in aliud corpus vegetabile. Trinas has extractiones pro majori cujuſvis explicatione ſeu ἐξήγησι ſingulatim in ſeqventibus accipe!

PROCESSUS I. EXTRACTIONIS MUMIÆ SEU TINCTURAE *Microcoſmi*

SUmatur Mumia corporalis dicta, cum omni adhærente ſubſtantia cujuſvis membri, nempe Hepar, pulmones aut integrum corpus, per qvod intelligatur Caro vel ſangvis, putrefiant per menſem philoſophicum in phiola Hermeticè clauſa ut formam qvaſi mucilagineam aſſeqvantur, Expreſſa inde muccago denuò in fimum collocetur ad putreſcendum, per menſem philoſophicum, ut materia vertatur in Embryonem Spagyri-

ricum. Ab hac embrionia materia in B. M. ſua ſeparetur Aqva; in Cineribus Aër. Reaffusâ ſuper reſiduum Aqvâ, & ſignaturâ debitè interpoſitâ adhuc unum menſem in B. M. putrefiant. Hinc per Cineres Aqva inſimul & ignis abſtrahantur, aqvam ſeparando ab igne per B. M; ignem verò rectificando ſeorſim per Cineres. His ita Elementorum ſeparatio erit peracta, qvamvis Terra prædicta embryonia ad huc repurgatione opus habeat, qvin imo reſolutione in ſua tria principia. Propterea Terra illa fæculenta vaſe clauſo qvatriduum reverberetur; inde Elementum Aqvæ lentisſimo Balnei gradu, ad humiditatis duntaxat heterogeneæ conſumtionem deſtilletur; Reliqvum verò per Cineres perfectionem acqvirat.

Illam ipſam Aqvam ſuper Terram reverberatam in Cineribus cohobando ter qvaterve forti igne propelle, & evadet clara & pellucida, cumq; propria Terra eâdem operâ rectificabitur. Eodem

Eodem modo aërem qvoq; ſuper Terram cohobando ad puritatem, nonnullamq; ſaporis gratiam perfice

Poſtea ad ignem fiat progreſſus; ille cum Aqva mixtim dimittatur per aliqvot dies in locum putrefactioni idoneum. Hinc Aqvā deſtillatione arenariâ detractâ ignis empyreuma ſimul auferatur. Aqvam ab inde iterum in B. M. ſepara, eamq; Terræ commixtam denuo triduum circiter ad putreſcendum colloca; deniq; per arenam forti igne deſtilla, & ignis ſimul aſſurget, qvi ab Aqva ſeparandus, igne in fundo ſuperſtite.

Hanc eandem infuſionem, deſtillationem & ſeparationem à Terræ elemento eouſq; repete, donec nihil ignei illius in fundo amplius reſtitet. Aqva ultimò ſeparata, cum igne ſuperſtite claro triduum uſq; digeratur indeq; ab eodem per B, penitus abſtrahatur,

igne

igne ad cinerum calorem ultimò provocato.Hâc ipsâ laborioſa licet rectificatione inferius Virtute ſuperioris & vice verſâ nobilitabitur. Igni ſiqvidem per cohobationes Balſamicum aëreum ab aqva & aëre; Aqvæ verò per ignem Balſamicum igneum conciliabitur, ut jam ultimi liqvores primis duobus Principiis Mercurio & Sulphure belle reſpondeant; qvæ ipſa poſtea circulari motu in proprium Centrum rectificanda veniunt, nempe Liqvor Mercurialis cum Sale; Sulphur verò per ſe circulando in ſuum centrum gradetur. Tertium principium ſeqventi ἐργασία perficiatur: Terra reverberata trita ſuper marmore imbibatur qvatruplo Aqvæ in prima deſtillatione per B. ſeparatæ, iterumq; per cineres coaguletur. Id, eousq; continuetur, donec Terra ignem penitus abſorbuerit; dein eadem ſublimetur, (ſublimabitur verò inſtar invis alba) ſic impurior pars, lolium ſcilicet in agrū

naturæ

naturæ ſatum, copulam familiaritatis & concordiæ impediens; relinqvetur prorſus rejectitia.

Quæ Terra ſublimatione purior reddita tertium principium puta Sal meritò conſtituet; Eſtq; Mater, in qvam alia duo, ceu ſpermata Viri & fæminæ ſeminanda, inq; novam admirandamq; fæturam, totius Mundi (de Tinctura ex univerſo Microcoſmò eruta mihi ſermo eſt) ſimulacrum & naturam in ſe continentem, adeòq; Microcoſmi nomine ſignatam, imò Lapidis Philoſophorum Microcoſmici titulo melius, omnium ſiqvidem morborum Medicina eſt) ſignandam & exornandam, penitus provehenda.

SECUNDA MUMIÆ EXtractio, ad modum

QVINTÆ ESSENTIÆ.

Alteram

ALiteram Mumiæ extractionem, per modum Qvintæ Eſſentiæ comparandam, qvod attinet, tàm qvidem ea difficilis non eſt, ac ſuperior; Nec enim tanti artificii eſt, neq; etiam tanti laboris ac temporis. At verò propterea minoris potentiæ ad tingendum corpus humanum. Interea tamen pro Balſamo Mumiæ contra omnis generis venena, peſtem etiam & plures alios difficilis paſſionis affectus, non qvidem Catholico, particulari tamen ſummo non immeritò habeatur.

Ejus præparatio ſic habet:

℞ Spiritum Terebinthinæ clarum & perſpicuum; Is namq; per ſe balſamicum eſt, miſce cum Mumia tenuiter inciſa, inq; vaſe Hermeticè clauſo per menſem Philoſophicum ad putreſcendum ſepone. Expreſſioni veſicà bubulâ exceptæ affundantur aliqvotæ partes Spiritus Vini rectificati; Inde in Alembico cæco ſuper

ſuper Cucurbitam juncturis optimè munitis adaptētur, ita ut Cucurbita in frigidam aqvam poſitâ arena prunaq; circa Alembicū lento calore officium faciāt, cujus beneficio Liqvor ſeu Qvinta eſſentia in forma perqvā ſubtili cum Spiritu Vini per Veſicam delabitur.

Materia craſſa reſidua reverberāda & in Sal ſublimatione redigenda; demum cum Qvinta Eſſentia, poſteaqvam illa à Spiritu Vini per Baln. fuerit ſeparata, circulationis medio uniēda. Qvib9 peractis Qvinta Eſſentia Mumiæ cum Theriaca & Moſcho amplius digeri, & ita in forma Elixirii pro remedio cū ipſiuſmet peſtis tum aliorum deleteriorum maximè præſentaneo reſervari ac collaudari poterit.

TERTIUS EXTRACTIONIS MUMIAE Aëreæ modus.

TErtius Extractionis Mumiæ aëreæ ſive Balſami corporis præfocati modus, medio Transplantationis abſolvendus ita habet:

Primò

Primò Diſſolvatur Mumia admixtâ qvartâ parte Terræ cujuſdam aridæ calidæq; in clauſo vaſe per menſem, vel donec mucilaginis aut pinguis cujuſdam glebæ formam referat. Dein ſemina earundem plantarum in ſeminentur, qvarum virtutibus aliàs iidem morbi, qvos jam cupis expugnatos, ſuperantur; peſti videlicet opponendo antipeſtilentialia, febribus alexipyreta, & ſic conſeqventer. Relinqvantur ita ſub dio, donec vegetari incipiant, ac creſcant; Ita namq; Magnetica ejuſdem ſeminis virtus, ſpiritusq; in eo turgens cœli non ſolum proportione reſpondens Sed & idem cum ejuſdem Spiritu, licet aliter atq; aliter modificatus, intimum, Balſamicumq; Terræ mumialis Spiritum nutrimenti in modum alliciet, Dumq; ita vegetabitur, ejuſdem Mumiæ ſpirituales proprietates atq; vires ſibi jugiter aſſociabit, ejuſdemq; porro herbæ extractio ad imitationem Quintæ eſſen-

tiæ, vel Magiſterii mediante Spiritu Vini lepidè ſub manus ſuccedet; opus ad conſervandam valetudinem, & varios morbos expugnandum verè utile & mirandum. De qvo transplantationis myſterio in ſeqventibus fuſius & funditus plura. Et qvamvis plures extractionum Mumialium rationes recenſeri qveant, tres tamen præcipuas duntaxat, ad Medicinæ ſecretioris potentiam oſtendendam, reliqvis per Retortam vel alembicum inſtituendis tyronibus relictis, hoc meo qvalicunq; labore pandere volui.

CAPUT IV.

DE MUMIA CORPORIS VIVI, *Microcoſmici Spirituali*

POſtqvam Theophraſtus in propoſito libello de Tempore prædictas qvatuor Mumias corporales antea ctâ ſerie abſolvit;

ſolvit; jam in aliam adhuc magis myſticam & verè mirandam dilabitur hiſce verbis: Qvod inſuper alia Mumia detur è vivo exiſtente corpore, vel ex qvavis ejus parte, integris & inoffenſis iis permanentibus extrahenda, cujus beneficio plurimos proletaria methodo aliàs incurabiles affectus exterminârit; Qva item, ceu philtro omni ex parte naturali & ſalubri (qvicqvid maleferiati qvidam argutiunculis ſuis tale in Natura dari pernegent, ipſa experientiâ eorum ſophiſmata ut aranearum telas avertente) placidus inter virum & uxorem ſibi invicem indignabundos affectus ſuſcitari, multaq; alia miranda & utilia technurgemata perfici poſſint; Qvæ tamen alto ſilentio hactenus à doctis involuta manſerint, Ruſticis vero & plebeis plurimis ſatis cognita; qvorum pars eâdem Mumiâ jumenta ſua, Anſeres, Gallinas, Columbas in ſui amorem pertrahant; pars eandem

dem Canibus Falconibus, Cervis, Leonibus &c. domandis, imò Feris ad retia allectandis ſummô cum ſucceſſu adhiberant. De qvo Magnetiſmi Magiſterio exemplis roborando, propterea hic minus annitar.

Idem paulò aliis lib. 4. de origine morb. inviſib. in fine ita effert, qvæ ob argumenti ubertatem & elegantiam in vernacula lingva adjiciam: Kan die Sonn durch ein Glaß ſcheinen/ vnnd das Fewr durch den Ofen gehen/ vnnd beyder Leib bleibet drauſſen: So kan auch der Leib ſeine Krafft in die Weite gehen laſſen/ vnnd ſtill liegen alß wohl als die Sonn durch dz Glaß/ vnd kömpt doch ſelbſt nicht dadurch: Drümb wird dem Leibe an ſich ſelbſt nichts zugemeſſen/ ſondern den kräfftē die auß jhm gehen/ ingleicher Weiſe/ wie der Geſchmack von eim Biſem/ deß Leib auch ſtill lieget. Alſo ſind auff den Grund die Vielfeltigen

Experimenten in Mumia erfunden worden/daß man ſagt das Theil am Menſchen iſt gut dazu/ das ander iſt gut zu den Dingen/davon ich hie nicht ſchreiben wil/biß ich zerlege die Mumien in der Himmliſchen Schuel/in welchen Orten erkläret werden die Ding/ſo euch hie werden gebreſten/denn ſie haben ſo groſſe Myſteria in jhnen/ daß ſie eines trefflichen Buchs wol bedürffen/ etc.

Quæ omnia pingvi ſatis Minervâ Spiritualem illam Mumiam aliaq; inde ſympathetica & antipathetica myſteria deſcribunt.

Ad demonſtrandum verò Mumiæ iſtius verum fundamentum & uſum electis doctrinæ paracelſicæ exemplum ſeu Typum ob oculos ponit in Magnete & Ferro; Qva item virtute Magnes Ferrum ad ſe allicit, Eo ipſo veram Mumiæ Spiritualis ejuſdemq; reconditarum facultatum ἀνχειων, (de qva uberius in ſeqventibus) oſtendendo, prout etiam obliqvè & aliqvan-

qvantùm obſcurè mentem ſuam declarat, remipſam & fundamentum ejus tangendo hiſce verbis: Spiritum Mumiæ nullius uſus eſſe, niſi mediante vivo qvodam corpore. Qvæ utilitas enim (meritò qvis objiciat ex Pſalmo 29) in ſangvine dum deſcendo in corruptionem? Qvamvis autem multi opinentur, parùm aut nihil hìc de Spirituali Mumia inſinuari; ſi qvis tamen rem ipſam paulò altius, purpuram cum purpura debitè conferendo, introſpexerit, veramq; Magnetis & Ferri concordantiam, proprietates naturam, ortum & virtutem accuratiore mentis indagine perveſtigarit; exhibitum exemplum poſtea facili negotio in rem præſentem deducere, ſimulq; Mumiam Spiritualem, ejus Extractionem & uſum noverit.

Ideoq; cum in vera duntaxat Magnetis cognitione & contemplatione

cardo hujus ſcientiæ, in qvantum ipſa, ex noſtro Authore ſciſcitanda & diſcẽda, verſetur, in eadem nos pro facultate exercere, operæ pretium duxi.

Ita ergò cum Magnete ſe res habet: qvãvis plurimi Coryphcorũ etiã irrito ſtudio in hãc rem intẽti, nemoq; hactenꝰ eorũ, qvantũ ſcio de eo ſatis verè, ita ut proprietatum Magneticarum conſtãs ratio habeatur, philoſophatꝰ fuerit.

Magnes ſeu Sideritis in exortu & generatione non ſimplicem ac genuinam, ceu alia corpora naturalia, naturam obtinet. Oriundus namq; eſt, non ex homogeneæ ſed heterogeneæ, imò inimicisſimæ naturæ parentibus; nec minus ac Mulus è duabus utrinq; Speciebus in tertiam qvandam monſtroſè naſcitur. Matrem è duplici genere habet, qvæ ideoq; ἀλλοπρόσαλλος eſt, & æqvè hujus, qvàm alterius ſuſceptiva, nempe Mercurium Lapideum Theamedalẽ, cũ Mercurio Martiali cõbinatũ.

Pater

Pater ejuſdẽ cõditionis eſt duplicis ſcilicet genii, Spiritus metallicus Sulphureus Martialis, nec non Spiritꝰ lapideus Theamedalis prædictæ utriuſq; materiæ forma activa, minus tamen inter ſe cõſentiens, ſed mirũ in modũ adverſa, & qvaſi Zelotypiâ ſibi invicem infeſta. Ambo enim pari erga prædictã Sponsã amore & jure æſtuãt. Utrinq; ergo jure naturæ copulãtur & coaleſcũt *hoc* modo:

Qvando Liqvor Mercurialis lapideus in prima ſua materia ſeu ente liqvido adhuc ſe habet, juxtaq; materiam primam ſeu Mercurium Martis verſatur: In cõfesſo ſiqvidẽ eſt, qvod unâ matrice delectãtur; Hinc montes ſideritici plerũq; iis, inqvibus Theamedes creſcit cõtigui aut vicini ſunt; cõtiguitatis ceu primæ ad mutuã amicitiã occaſionis ergo, nõnullũ necesſitatis gradũ ac Symbolũ ab eodẽ aſsumit, eoq; demũ cum Mercurio Martis penitus cõſpirat, ſeq; in unũ eũdemq; thalamũ cum ipſo recipit & cõjungit.

Qvid inde? Utraq; perqvam prona eſt,& ſingulari aſtro & œſtro percita, adeoq; ad philoſophorum mentem, in proxima potentia ad deſuper (cœlum enim omnium hujuſcemodi actionum paranymphus) admittendum procum, ſeu formam utrinq; ſibi appropriatam; Secundum qvam conditionem non rarò alias (alio velut impetu qvodam præoccupante principio) diverſiſſimarum ſpecierum formæ in uno eodemq; ſubjecto recipiuntur, cujus exemplum habetur in Lithopædio Alboſii, Corallis, nec non metallis & mineralibus variis herbarum aliarumve rerum ſimulacris figuratis. Jam cum utraq; forma ratione omnium conditionum æqvale ad introſuſceptionem jus & potentiam habeat Spiritus ſeu forma Theamedalis ratione Mercurij lapidei. Spiritus Martialis ratione Mercurii Martialis; in ſocietatem lapidei qvadamtenus aſ-

ſumti;

ſumti; Ad qvod Spiritus globorum cæleſtium peculiariter modificatus, prout omnium rerum terrenarum ſubſtãtiæ, facies, vires à ſibi qvanq; ſimili cœli pendent vultu, utrinq; fidelis dux & adjutor eſt. Ideoq; ambo cælitus demiſſi inſimul & certatim in prædictæ materiæ amorem & thalamum recipiuntur, adeoq; poſtea

Arte poli vincliq; nova ratione paratis

cum ipſa, conjuges diverſiſſimi ingenii, connubium auſpicatò ineunt. Hac connubii celebratione dum ἐνεργητικώτερος ille Spiritus ſulphureus Martialis inſigni mobilitate præditus, totum Mercurialem Metallo lapideum liqvorem abſente merè proprio, ſibi ſubjgit, imò intimius ſubit, repugnante qvidem, ſed non impugnante Theamedali Spiritu, qvi & ipſe licet infirmiùs eadem munia obit; Viciſſim Mercurius lapideus ex cognatione cum com-

prehenſa particula Martialis Mercurij, non ſolum Spiritum lapideum, ſed & Martialem illum avidiùs amplexus retinet, inq; corpus Metallo lapideum, (qvia pars Mercurij lapideæ, pars, & qvidem minima, metallicæ naturæ eſt, mediante ſale coagmentat. Ita totum concretum minimè ſimilare qvid eſt, neq; ferrum neq; Lapis ſed τὸ διφυὲς, Hermaphroditicū, nihilq; aliud, qvàm miſtura qvædam utriuſq; illius, ea tamen, ἐν πλάτει, proportione, ut è lapidis natura materia ſeu Mercurius lapideus, è Ferri Spiritus ejus potiora obtineant, reliqvis nihilominus actu qvidem ipſo, at in minori qvanto & ἐνέργεια inexiſtentibus & permanentibus. Hæc ita generationis Magneticæ naturalis hiſtoria eſt; Unde porrò omnium proprietatum ejus principia & rationes. Qvod enim ferrum attrahat, vel ab ipſo, pro majore ipſius maſſa attra-

hatur,

batur, in cauſa eſt Spiritus Martialis ſulphureus valdè mobilis & nobilis, in materia impropria & peregrina, Mercurio ſcilicet lapideo, & id qvidem in facie infeſtisſimi Spiritus Theamedalis qvem fugit, & horret, intricatus. Jam unumqvodq; ens naturale qvoqvo modo malè habens vel habitum, ne ultra Speciei conditionem deterioretur, auxilium & perfectionem qværens, eò loci ſe recipit, ubi nobilior ſuæ ſpeciei eſt conditio. Hæc inqvam cauſa eſt; qvod Spiritus Magnetis Martialis in anguſtiis cum materiæ, tum contrarii juxta ſe poſiti ratione conſtitutus ad Ferrum perpetuo confugiat, ſeq; cum illius Spiritu conjūgat. Et hoc qvod Spiritu per agit, corporetenus etiam fieret, niſi illius vel contraria vel ambigua propter contrariam formam prohiberet conditio; Vel etiam niſi major in ferro obſeqvii & accesſionis ratio.

Ferrum itaq; ad Magnetem principaliter movetur non econtra, qvia ejus Spiritus cum Magnetis ſpiritibus Martialibus uniti & roborati corpus ἰπποσιμὸν & ad obſeqvia paratum habent; ſecus autem ſe res habet in Magnete. Qvin imò qvantum refert ex parte Spiritus Martialis ad ferrum ſe recipere, tantum etiam à parte corporis ferrei ad magnetem oppidò meare. Utriuſq; enim utrinq; qværitur perfectio. Cauſæ adjuvantes ſunt pellentia internus hoſtis, circumdans aër, & ùtrinq; idem adordinatus cœli Spiritus.

Qvod porrò alia ex parte trahat, ex alia abigat ferrum, (non enim ſecundum τὸ πρόσω καὶ ὀπίσω præcisè ſemper facultatum oppoſitio eſt) id unicé ex Mercurio & Spiritu lapideo Theamedis eſt, ex qvibus Magnes ſimul conſtat. Hi una in parte impedimento ſunt Spiritui Martis, ut ne naturalem ſuam potentiam

tentiam exerat; ex alia Spiritus prædictus Martis obicem ponit Spiritui Theamedis, fitq; ita mutua continuò unius ab alio præpeditio, utriuſq; verò in oppoſita vel alia qvacũq; parte collectio, ut qvà unius actio & virtus obtinet, alterius facultas ceſſet minimeq; obſervari posſit. Qvod Naturæ ingenium, non raró in aliis Speciebus etiam occurrit inprimis qvibus contrariæ facultates ſunt conceſſæ, ceu ſunt Apes, Viperæ, bufones, Cantharides &c. qvarum partes qvæ veneno imbuta ſunt, non alexiteriam vim gerunt, & econtra, ut propterea axiomatis inſtar ſit, non incõtrariis dũtaxat, ſed et ſubordinatis; Una cujuslibet facultate intenſiori redditâ, remisſiorem fieri alteram; & econtra. Et poſito uno contrariorum, removeri alterum. Deniq; Undenam ejus in ſeptentrionem converſio? Dicam breviter; Cælum ea ſui parte, ſit urſæ

urſæ cauda vel alia ſtella, Naturæ hujus particularis in Magnete principium eſt, totius esſe ipſius rationem præ ſe ferens, veluti Luna lapidis ſelenitidis, Sol Lothi & aliorum heliotropiorum aut certo qvodam ſenſu Mare omnium Aqvarum. Ideoq; Spiritus cæleſtes ad hujus creaturæ rudimenta, complementa, & ſupplementa ob ſtellarum polarium immobilitatem in majore copia influxi, ad qvod ſimul contrarietas Aëris pellentis rationem obtinens magni momenti eſt, ut eundem ſui Aſtri motum circa terram continuò obſervant (ut & hinc ſi rem penſiculatiùs tecum cogites ſufficiens facultatis tractoriæ in Magnete ratio eruenda ſit) ita qvamcunq; adverſitatem ſentiant, ſtatim eà via eluctari ſeq; recreari, qvà cum familiaribus ſymbolicis & primordialibus Cœli Spiritibus ipſis eſt conjunctio; naturali & omnibus aliis

elemen-

elementis & elementatis communi deſiderio allaborant.

Hactenus de Magnete ſatis fusè; Ubi inprimis πρὸς τὰ παρόντα notandum; tractionem Magneticam Spiritus Sulphurei Martialis & qvidem conſtellati copiosè in Magnete inexiſtentis cauſa perfici.

Ad exaltandum ideoq; extrahendum Spiritum Microcoſmi Sulphureum non minus congruum & necesſarium erit, rem per Microcoſmicam Magnetem ſimilem proſapiam redolentem cum Magnete Martiali tentare, prout reipſa in ſeqvente Capite prolixius declarabitur.

CAPUT V.

DE FUNDAMENTO EXTRACTIONIS MUMIAE SPIRITUALIS *ejuſdemq; Magnete.*

THeophraſtus qvamvis qvidem in plurimis,iisq́;, ſæpè cardinem totius propoſitionis ſpectantibus verè δυσφραστος ſit & obſcurus; eoq; ipſo multas objectiones, nec immeritò ſibi ſuisq; ſcriptis arceſſerit; ea tamen in parte, qvæ tractoriam omnium vim & facultatem reſpicit, mihi ſatis perſpicuus videtur. Ideoq; ab ipſa experientia, nec non ipſius Matre philoſophia edoctus cum in lib. de tribus Eſsent. tùm alibi pasſim ſcribit; Omnium rerum naturam & vim magneticam, attractoriam, tàmq; ſympathicam qvàm antipathicam in virtute ſolùm Balſami Sulphurei ſpiritusve vitalis conſiſtere. Unde inferendum; Magnetem Microcoſmi per

mi per ejuſdem Spiritum Sulphureum tanqvam formam activam ἐνεργητικὴν extrahi debere; Nec non etiam: Magnetem Microcoſmi, Mercurio ſeu materiæ pasſivæ haud obſcurè cognatum, à Magnete Martiali propriè ſic dicto, non abſimilem generationem agnoſcere.

Jam verò in confeſſo eſt, Spiritum Microcoſmi Sulphureum in excrementis contineri. Non ſolum enim Ariſtoteles lib. 2. de generatione animal. cap. 3 docet: Qvod ſolis calor & animalium, qvi meherclè à prædicto ſulphure minimè diſcrepat, tàm in excrementis, qvanqvam à Natura diverſis, qvàm in ſemine contineatur; Et Fernel. 2. de abd. rer. cauſ. c. 18. Et partes & excrementa tùm ſtirpium, tùm animantium è vivis illis, tacitas vires habere multò efficaciores, qvàm qvæ è mortuis eximuntur. Sed & noſter Author cui pro-

pter

pter variam Experientiam abſtruſamq; rerum ſcientiam fides in hoc tutisſimè habenda lib.1.de Tartaro tract. 2. τὸ περίττωμα τῆς κοιλιάς nil aliud eſse niſi Sulphur dictitat; Et alibi pasſim: Sulphur Microcoſmicum in excrementis alvi, Sal in urina deliteſcere, partem qvidem egredi etiam; Mercurium vero ejuſdem minimè egredi, ſed inſtar nutrimenti retineri.

Jdeoq; ſano judicio colligo: qvemadmodum magnetis prædicti Martialis hiſtoria ſe habet, qvòd Spiritus Sulphureus Martis tractoriæ facultatis ſit dùm Mercurio lapideo aſsociatus inhæreat, ita generationem & principia Magnetis Microcoſmici ἐν τοῖς περιττώμασι τῆς κοιλίας qværendam eſſe.

Nutrimenta ſiqvidem ſingulariter naturæ noſtræ familiaria ingeſta indeq; ab Archeo in primam materiam, liqvi-

liqvidam illam & Mercurialem ſubſtantiam redacta, cui alii commodius comparanda veniunt, qvàm Mercurio prædicto lapideo? Qvippe qvæ Spiritus Microcoſmi ſulphureus, qvamdiu liqvida in ſuperiorum inteſtinorum complexu hærent, ſubinde pervagatur, ſibiq; licet diverſa aſsociat, non aliter ac forma materiam, perq; monoculum deniq; ſimul deducenda.

Hoc ideoq; inito conjugio cum vires & facultates ipſius Sulphuris Microcoſmici magneticas hauſerint, haut ſecus ac Mercurius lapideus ſuprà Spiritus Martialis, non Mercurius ſolùm ad illius lapidei in Magnetis propriè ſic dicti hiſtoria analogiam, ſed & ipſe Magnes Microcoſmicus dici & eſse optimo jure meretur.

Qvæ ipſa ſententia qvòd minimè fictitia aut erronea, ex eo cuilibet æſtimandum: qvòd Mercurius

Microcoſmicus prædictô Spiritû inſtructus Magneticam illam naturam, dignitatem & uſum uti variis ita certè miris modis, demonſtret. Cujus rei exempla maximè conſpicua elucescunt, in ungvento illo Sympathetico extemporaneo qvod multis magna cum utilitate, inprimis qvod ſcio militari vitæ deditis, (nullibi enim non paratisſimum habetur,) innotuit, qvo inſtrumentum duntaxat, qvo vulnus inflictum eſt, debitè inunctum miram ejusdem, nec non ulcerū etiam mitigationem & ſanationem præſtat; In Magnete Microcoſmi ipſo, qvod alio atq; alio modo habitus, jam nimias alvi ſolutiones & inter illas etiam Dyſenteriam, qvæ tamen ſi Epidemia eſt è ſublimi ortum ducit, mirificè ſiſtat, jam eaſdem impensè provocet. Qvibus hoc Lippis & tonſoribus notum meritò annumerandum: prædictum hunc Magnetem

uſtum crematumve, ſimpliciter prunis injectis vel etiam vino aduſto & pipere ſimul inſperſo tantis pasſionibus nates depoſitoris incivilis onerare, qvantas vix prunæ ipſæ partibus iisdem admotæ inusſiſſent. De qvibus in univerſum Author noſter tract. j. de modo pharmacandi ait: prædicta alvi περιττώματα non talia, qvalia in ventriculo conſiant, ex inteſtinis qvoq; egredi; Nullius enim tùm uſus fore; ſed ulterius ibi à Natura præparari, qvo fine? ut cùm ad expulſionem magis idonea, (id qvod ratione materiæ dixit) tùm etiam magnis arcanis, qvod accesſioni Spiritus debetur, commodiora fiant ad maximorum Philoſophorum teſtimonia. Qvorſum interpretari etiam hoc Galeni cap. 1. lib. 2. de ſimpl. convenit: Ex Angve ſæpè ſanitas, ex luto levamen, & ex fimo morborum profligatio &c.

CAP.

CAPUT VI.

DE PROCESSU EXTRACTIONIS *Mumiæ Spiritualis*

PRimò in promtu ſit neceſse eſt Mumialis Magnes, qvi in aëre loco tamen umbroſo exareſcat (calor Solis enim Spiritum Sulphureum disſipando depopulatur) ſimulq; in terram reducatur. Hoc ſiqvidem modo noxius ejus humor & qvicqvid excrementitii humoris inſit, Sulphur utile impediens cum fœtore ſuo abolebitur, dictumq; Sulphur in ſuum Centrum retrocedet. Paratum ſic Magnetem ſuper qvamcunq; velis partem corporis applica, permittendo ibi, donec benè incaleſcat; Ad qvod commodius perficiendum, illa ipſa pars, vel etiam totum corpus motu eouſq; exerceatur, donec ſudor hinc inde profluat. Et data hac occaſione Magnes Microcoſmi, appetendo id

do id qvod ſuæ Naturæ familiare eſt, Mumiam nempe Spiritualem, ſeu Spiritum aëreum Sulphureum hominis pro ſua cujuſcunq; Natura & proportione, haud minori alacritate & promtitudine, ac ſupra de tractoria facultate Magnetis ad ferrum dictum eſt, alliciet; è parte ſana & benè habente, Spiritum juxta ſanum & benè diſpoſitum; è morbida verò langvidum, ejuſdemq; morbi labe coinqvinatum. Velut appetitus iſte ad ſui ſimilis conjunctionem inqvalibet re naturalis eſt, faciliſq; partium ſubjecti ſolutio, cum ſimilia ſimilium vi trahuntùr. Cujus reſpectu illud Heracliti non abſurdum:

Omnia fieri per amicitiam & per litem. De qvo uberius in alio loco.

CAP.

CAPUT VII.

DE USU SPIRITUALIS MUMIAE in genere

DIctum paulò ſuperius eſt ex Theophraſto: Mumiam Spiritualem, propoſito Magnete extractam omni uſu carere, nihilq; operari præclarè poſſe, niſi miniſterium Corporis cujuſdam vivi, animalis vegetabilisve intercedat. Nec id ſine ratione; Cum enim Virtus duntaxat ſit è corpore emanans, langvidior utiq; & ignobilior eſſet, ad effectus origine ſua dignos producendum. Nihil enim ultra ſpeciem & gradum operatur. Ideoq; neceſſum habet, ut tali ſubſtantiâ veſtiatur, cujus interior anatomia ſecundum cæli concordantiam ad ipſam æqvè congrua, ac prior illa, ex qva detracta fuit, vel cujus in ſerie cæleſtium dignitatum eadem fuerit conditio cum priore illa. Certisſimum namq; eſt, & invincibilis expe-

rientiæ teſtimonio roboratum; Terrena hæc in certo ordine ſe habere ad Cæleſtia illa, ut qvod uni virtute cæleſtium accidat id protinus ex concordantia ſuperiorum & alteri ſub eodem ordine conſtituto commune ſit, dummodò neceſſaria omnium reqviſitorum applicatio non deſit; Uno verbo: Singulis ſpeciebus certæ conſentiunt & præſident ſtellæ ordinato aliqvo & familiari dominio; & qvæcunq; ſub eodem dominio continentur, beneficio ſpiritus ætherei mirè ſibi conſentiunt, qvantumq; virtutes ſupernè communicatas attinet, iis necesſariò alterum cum altero conſpirat. Inde jam proficiſcitur, non unum duntaxat uni uſibus ſuis dicatum naturà eſſe, ex qvaeunq; actionis aut pasſionis ſpecie examen inſtituas, ſed ad unum idemq; plura ſemper eſse deſtinata dummodò ſcientia noſtra nimis in pleriſq; gravioribus

bus tenuis, ad omnia æqvè ſe extendat.

Exemplum hujus ſit Vis Auri ſolaris qvæ omnium ſaniorum ſuffragio in ipſo ineſt; Non enim illa ſolitaria ibi eſt, aut nullibi aliàs reperienda. Eſt namq; in Lapide inſuper Bezoardico, eſt in Gemmis, in Moſcho, Ambra; Qvin imò in ipſo Corde hominis ſua tamen cujuſq; ratione & modo; & omnium horum ubivis, benignisſimus, ſecundum DEUM, qvi Cœli & Terræ ordinem conſervat, author & moderator cælum eſt, ſub unius ejuſdemq; Aſtri regimine, cujus cauſa ξύῤῥοια μία, ξύμπνοια μία, ξυμπαθέα πάντα: Conſpiratio una, confluxus unus, conſentientia omnia. Dein dicta illa Auri vis per ſe nullius potentiæ eſt, niſi vel in ſuo nativo, vel conſimili alio ſubjecto; neq; in qvicqvam aliud, niſi qvæ ſua ad virtutes iſtas ſolares capiendas naturali aptitudine jam antea prædita fuêre qvale Cor eſt Spiritusq; hominis vitales &c. His

inqvam

inqvam robur & ſplendorem egregiè afflat, ſeq; in iis auget, roborat; & multiplicat. Qvin imò hoc ſui augmentum non cordis duntaxat bono fieret, Spirituumq; vitalium, ſed & ſuiipſius extra hominem ſuperſtitis, dummodo Magnes eadem virtute officium faciens ſuum intercederet, velut in Transplantatione Mumiæ Spiritualis Microcoſmicæ, ſubjecto utrinq; vitâ & vi aſtrali qvadam directione mutuò attrahente inſigniter prædito.

Qvibus ita adumbratis, exiſtimare qvivis poteſt, Mumiam Authoris extractam, Magneti ſuo non relinqvendam, ſed in Naturam qvandam vegetantem producendam eſſe, ut ita è Magnete ceu corpore qvieſcente & ad uſum ipſius irrito & emortuo, in ſubjectum qvoddam vegetabile, vivàq; creſcendi potentiâ turgidum transferatur, adeoq; Spirituali ſuâ attractoria virtute continuò augmentetur. Qvāvis enim

Magnes

Magnes Microcoſmi partem qvandam Spiritualis extraxerit, minus tamen ſufficienter factũ illud, nec eatenus, qvatenus in morbis transplantandis neceſſum eſt. Ad hæc alii ut ut adminiſtrata corpori, ob exilitatem ſuam ſatis operari minime poſſet. Propterea ſeqventi proceſſu ad cæptam Extractionem auſpicatò continuandam opus porrò erit.

Sumatur Terra Magnetica, inqvam per fotum portio Spiritus Mumialis recepta, inſeminetur ſemen, vel etiã herba implantetur, appropriata cum morbo, tum ipſi membro, cui conſultum velis, verbi cauſa, in Icteritia, ſemen Lini. Cannabis, baccæ juniperi. In hydrope pimpinella, herba Ononidis, Abſinthium; In pleuritide perforata; In peſte Scordium, plantago; In ulceribus & vulneribus perſicaria maculata & ſic in cæteris, ſua cuiq; propria adhibendo

ductoria.

ductoria. Creſcant vegetenturqve ſub Dio, & ſic operatio virtutis attractivæ inſigniter valere, perq; naturam vegetativam beneficio Spiritus Mundi ſympathicè aut magneticè reliqvos inſuper Mumiæ Spiritus plenius haurire, perqve id medium, ſeminalem ſuæ Speciei rationem, ſi illa à prop. a forma degeneraverit reconciliare ejusqve dona denuò vendicare abſq; difficultate ulla poterit. Et hoc qvidem ex congruitate formarum in utrinq; adhibitis membro videlicet Mumiam ſpiritualem ſuppeditante, & ſemine ſive planta eidem conformi. Ideoq; ſi membrum objectum langvidum extiterit, langvor ipſius in eandem plantam ſeu ſemen ſimul demutabitur; Si verò naturali robore præditum erit, res etiam ſuo modo habebit. Idqve omne prædictis mediis ceu magicis qvibusdam illecebris & præparamentis qvæ cæleſtium mu-

neribus capiendis ſatis idonea, promtè perficitur.

Advertendum tamen ad actus alios magis promovendum, pro morbi natura diverſaqve conditione accommodatas plantas ſeu fructus aliter atq; aliter eſſe tractandos. Verbi gratia: morbo exiſtente ſicco atq; exuſto, cujusmodi Icteritia eſt, qvam fluidam reſolubilemqve exoptes, plantam ſimul cum terra magnetica in profluentem ſtatim abjiciendam; Ipſo verò aqveo percepto, qvalis Hydrops eſt, poſtqvam beneficio Transplantationis Aqva ſatis defluxerit, plantam cum Terra magnetica igne ad morbum penitus deſiccandum, oppidò comburendam; Qvod ſi vero ille ex ordine temperatorum fuerit, cujus conditionis nonnullæ Icteritiæ Febrium Eryſipelatis aliorumqve non nimis acutorum ſeuſqvalidorum ſpecies ſunt, qvorum nimirū eſſentia neq; in nimio

ſicco

ſicco neq; humido, ibi dictam terrã cum ſato fructu exarefaciendam, fumove ut ſic temperatè & paulatim conſumatur, reſiccandã eſſe. Qvod ſi pecori aut beſtiæ, robore naturæ ægrotantem ſuperanti exhibueris, eodem ilicò affectu corripietur in melius ſe recipiente illo.

Hinc ſuperveniente hominum qvorundam plus qvàm diabolica malitia, exortisq; rei bonæ deteſtabilisſimorum abuſuum ſceleribus, eò aliqvando perventum eſt, ut Peſtem febres, Apoſtemata &c. é cadaveribus & lue qvadam confixis beſtiis in naturam vegetãtem pellexerint, eoq; ipſo cũ fontes, paſcua &c. tùm etiam homines & integras nationes diris contagiis affecerint.

Qvale ſcelus in conſimili ſuperior ætas plus ſatis experta eſt. Dum nefarij qvidam, é Mumia cadaverum peſtilentium ſimplici elixatione extracta, inqve poſtes, vectes & manubria &c.

illita, aſperrimarum peſtium primordia excitarunt.

Sic trucidata animalia rabida & conſimili arte præparata, ubi alijs ſive ejusdē, ſive diverſæ ſpeciei qvoqvo modo exhibita fuerint, eandem illis rabiem accerſisſe, nonnullâ experientiâ conſtat. Hinc fortaſſe minus abſurdè qvis dixerit veram qvorumcunq; contagioſorum morborum rationem ex hoc fonte deſumendam: Ut enim prædicta Mumia arte transfertur; Ita morbida qvædam vel ex Aſtris cæli, vel ipſiusmet hominis infecti in Iliaſtrum naturà delabitur. Id ipſum autem non minorem erga utrumqve ſympathiam habet, qvàm pulmonaria cum pulmonibus, Magnes Miccoſmi cum Microcoſmo, pluvia cum gleba, ſuccinum cum palea &c. Ideoq; promte trahit ab Aſtris illis, eorumqve ſeqvitur tractionem & directionem, utrobiq; mumiali-

mialiter & Magneticè; ita qvantum cujuscunqve Mumiæ Aſtralis vel hominis infecti in Iliaſtro recipitur, tantum ejus, qvamvis citra viſibile corpus, ipſo duntaxat vitæ mundanæ Spiritu plurimum per radios ſtellarum opportunè ſuſceptos viciſsim in hominem alium atqve alium pro ſua cujusvis accommodatione tranſit. Sed ad rhombum.

Cavendum inſuper etiam atqve etiam, ne frutex aut arbor cum qvibus Mumia illa è membro ſano, commiſſa ullam jacturam patiatur, aut abſcindatur, ſed ſubinde omni ſtudio vivida ac vegeta conſervetur. Proinde ſpecies illa vegetabilis arbori frondoſæ & viridi, juxta radicem, in ipſum planè nucleum inſeratur, foramine firmiter occluſo, ut ita affluentius ſuccus ejusdem hauriatur riteq; ſingula accommodando operatio feliciùs ſuccedat.

Nec minùs obſervatu neceſſarium hoc erit; qvòd nempe non raró contingat fruticem vel arborem in qvam morbus transplantatur, citius uberiusqve juſtò vegetari & augmentum ſumere, qva vegetationis ubertate nimia, membro nonnihil periculi & noxæ metuendum. Id qvod capillorum exemplo liqvidò conſtat, qvi qvidem ad citiùs creſcendum in ſalicem transplantari ſolent, nec id qvidem abſqve ſuccesſu; Verum ubi ultra naturæ terminum in ea relinqvuntur, non interim cæſâ aut combuſtâ ipſa citatioris humidiorisqve illius vegetationis ergô ad cerebro & oculis nocendum, motis plerumqve doloribus, ophthalmiis & id genus aliis non levem cauſam ſuppeditant. Qvam ipſam perniciem nonnuli etiam alii Phthyſi & febribus afflicti, ſuis interea rebꝰ optimè conſultum putantes, miſerè incurrerunt; hoc unicè ex er-

rore, qvôd herbas & Arbores juſtò citatioris incrementi Mumiis ſuis inprovidè deſtinarint.

Sedulò propterea proſpiciendum eſt, ut pro perſonarum membrorumqve affectorum conditione rectè temperatam Speciem ad id muneris ſuſtinendum, eligas.

Qvo in paſſu generalis fermè convenientiæ argumento commendatur Qvercus Arbor ſcilicet duratione ſua notisſima, tardaq; habens incrementa. Hanc inqvam ob cauſam aptisſima eſt ut puerorum dentes, primo confecto ſeptennio exciſi, ad avertenda qvævis illorum mala doloremqve per totam vitam, qvam Qvercus facilè ſuperabit, præſervandum in ipſam transplantentur. Nec minore cum fundamento adverſus κήλην puerorum Cuneus Qvernus ſumitur cum certa granorum hordei qvantitate,

 ſuper

ſuper hæc mingere faciunt puerum hernioſum per aliqvot dies; poſtmodum ſubtus Qvercu manipulum terræ recentis effodiunt, miſcendo ipſam cum hordeo. Inde Qvercum juvenem dividunt, ingerendo terram cum hordeo ſimul, cuneumq; prædictum incutiendo non ſine myſtica Mumiali huic noſtræ conformi ratione; Qvæ ipſa non minus forſan Arbuſculam illam, qvam vocant, Antiparalyticam, cujus ſimplici qvodam germinationis modo innumeri paralyſi velut tempeſtate qvasſi priſtino & naturali robori pasſim reſtituti, commendat.

Ubi verò res eò modo comparata, qvòd Mumia ab alio extracta, vivo corpori communicanda, illud qvidem exhibitione ipſiusmet partis vel corporis actuali effectum dare non imposſibile foret; qvemadmodum aliàs impotentibus ad debitum uxoribus ſolvendum

dum glans penis cervi in ipſo coitus ardore transfixi pulveriſata cum caſtoreo; Vel etiam ſemen ipſum cum pipere conditum reſiccatumq́; dein cum Moſcho, Ambra & Balſamo peruviano utiliter præſcribitur. Neqve etiam ἄπρακτον hoc, Sangvine vel ejus naturali Qvintâ esſentiâ, exemplo Patris ab ortu per totam odio habentis filium, ita ut in eodẽ conclavi ipſum, etiamſi abſentem amaverit, tollerare minimè potuerit. De qvo pulcrè poëta.

Non amo te Voluſri nec posſum dicere
qvare
Hoc ſolum posſum dicere non amo te.

Qvod ſi enim Sangvinem Filij è Baſilica ſiniſtri brachij ſalientem in tantundem Alcoolis Vini optimi per infundibulum recipias, digerasq; benè clauſo vitro per plusculos dies; poſtea deſtilles ex B. M. per alembicum ad ſiccitatem, & dein deſtillatæ aqvæ drachmam

unam atq; alteram in vini hauſtu patri aliqvoties jejune exhibeas, mirabili admodum metamorphoſi animi disſidentium conciliabuntur, omniumq; rixarum, odiiq; fomites cesſabunt? Id qvod pari ſuccesſu in Cōjugibus ſæpè fueris qvaſi in perpetuas lites & jurgia agitatis locum haberet, prout piorum ſimul conſolationibus accedentibus, malevolorum verò obſtreperis gemitibus abactis explorata & confirmata multoties experientia fidem fecit. Ita ſangvis Hydropici vel phthyſici antea tamen ad reconditum ipſius aſtrum magis recludendum, putrefactus porco dein, vel Cani cum pane aliisve cibis objicitur, ad ejus, è qvo miſſus antea ægritudinem fructuosè transferendam. Qvo etiam illud Ficini ſpectare videtur de exuctione ſangvinis humani è brachio Adoleſcentis ſani ad inſtaurationem virium in ſenibus; Item, qvod ab antiqvo

rece-

receptum: Balneum ex Sangvine infantium ſanare Lepram & carnes jam corruptas reſtituere; adeò ut hoc ipſum, nec injuria, fuerit Regibus qvibusdam invidiæ apud plebem, &c.

Verum enim verò qvia ipſasmet corporis partes, nec non ſangvinem humanum intra corpus aſſumere, partim abominandum, partim etiam ratione nutritionis inutile & noxium. Illud enim qvod nutrit, non planè corpori debet eſſe homogeneum, cujꝰ cauſa nonnunqvam res parum feliciter ceſſit; Prout ejus exemplum Fauſtina Imperatoris Antonini Filia ſangvinem Gladiatoris, qvem deperibat, bibentis & loco amoris mirum ſibi odium comparantis, teſte Julio capitolino; Nec non Romanus ille, de qvo Schrammius in faſciculo Hiſtoriarum, qvi ſangvinē è propria vena manantem hauriens mira oblivione literarum qvas ante ad

 ungvem

ungvem tenuerat, obrutus, tacendo jam Sangvinem Felis bibitum aliqvando mirum furorem cum felinis clamoribus & geſtibus iuduxiſſe, abundè ſuppeditant.

Ideoqve ſi Mumiam ab alio extractam alteri dare conſtitutum tibi ſit, rem tutiùs egeris, ſi è transplantata ill a accretum fructum totum vel comedendum, vel bibendum præſcripſeris; Vel ſi inſcio hoc ipſum intentando, eſſentiam ejus Spiritus Vini beneficio extractam qvemcunqve etiam in finem actione hac tua collimas, exhibueris.

De qvo tamen uberiùs in capite de amore & amicitia conciliandis.

CA-

DE COELI AD QVASVIS PRÆ-*dictarum operationum ſpecies favore.*

SUprà diximus Mumiam cùm per ſe-tùm proprietatis ejus inde prolicitæ, qvam Mumiæ Spiritualis nomine explicavimus, extructæqve inde Transplantationis conſtellatæ medio maximis virtutibus abundare; eandem etiam Mumiam cum certo undiqvaqve aſtro conjunctam eſſe, cujus nutu & appulſu, mediante tamen illo totius mundi Spiritu, qvi unus Mundo animam conſociat, omnes & ſingulas ſui affectiones æqvabili proſperitate in omnibus & ſingulis unitis ſuis partibus licet corporetenus divulſis aut disjunctis experiatur; Non ſecus ac nervo moventur juncta cum eo, & exiguo facta permutatione in principio, fit maxima in pendentibus ex eo. Cujus

veritas exeo conſpicua eſt, qvod omniſi ſolarium, pro ſua cujusq; ratione, è Pari ejusdẽ planetæ acceſſu vel radioin fallibiliter una & æqvalis undiqvaq; qvoqvo Mundi verſum naſcatur conditio.

Hoc ipſo nihil aliud dictum volumꝰ, qvàm, in eſſe qvidem rebus ſingulis ab ortu primo ingenitas ſuas facultates ſeu proprietates, idqve potisſimum in Spiritibus inſitis, licet conſeqventer in tota rei ſubſtantia? unde aliqvãdo proprietates totiꝰ ſubſtantiæ dicuntur; non nunqvam etiam in ejusdem excrementis; At verò intereà minimè negandum eſſe, ipſas inſuper à naturali qvodam cæleſtium numine conſervari, excitari, ſuosq; in actus mirabiles, pro illorum viribus, concurſione, miſtione alienatione aliter atq; aliter deduci. Unde nam enim illa ſtellarum rerumq; innumera & incomprehenſibilis, imò infinita variatio, cum tamen nihil tale aliàs in tota

rerum

rerum natura qvod tantæ varietatis jure merito æſtimetur cauſa? In qvo inqvam Mundi unitas & continuitas? Qvo alio ſenſu etiam cælum motus principium philoſophis haberetur?

Ita enim Ariſtoteles 1. Meteoror. habet; Neceſſe eſt mundum cum ſuperis converſionibus ſic continuatum eſſe, ut omnis ejus virtus inde gubernetur. Nam unde omnibus eſt motus principium, prima illa debet haberi cauſa. Et 1. de generatione ait: cœlum progenitoris loco à veteribus habitum.

Nec injuria ſubtiliſſimus Scaliger exerc. 6. de ſubtil. ſect. 2. contra proclum ſublunare qvidem numen diſputat naturam eſſe; in eo verò ab ipſa divortium fieri, qvod neutiqvam univerſum Naturæ ambitum complectatur. Natura enim cum ſit principium motus, & motus etiam ſupra lunam ſit: non fore huic motrici par numen movens, illud.

Sane

Sane verò, inqvit, Numen hoc non eſt à cæleſtibus corporibus ſeparatum; Id eſt aliud ab eorum poteſtatibus à qvibus effectiones hæ noſtrates manant. Itaqve pro illorum viribus concurſione miſtione, alienatione aliud atqve aliud tum fit, tum eſt; tum fieri tum eſſe deſinit. Qvid hoc aliud eſt, qvàm ſuperioribus illis principium motus ineſſe ad communem totius mundi conſervationem; Imò cælos omnia eſſe poteſtate efficiendi.

Horum ideoqve authoritate non immeritò cum Fernelio Medico ſummè Philoſopho 2. de abd. rer. cauſ. dixero: Gravem eorum eſſe ſtupiditatem, qvi ſidera nihil in aera niſi calorem aut frigus, imbres aut ſiccitatem lumine motuqve ſuo inducere contendant. Si illa benè conſtituta omnium vitam tuentur ac conſervant; cur malè conſtituta vitæ non incommodent? Illinc inqvam,

nqvam, prima & præcipua eſt rerum omnium Salus & conſervatio; Illinc qvoqve interitus. Has cauſas atq; vires oli de medio tollunt, & tanqvam nullæ ſint, contra ſenſuum teſtimonia negant, qvi hujus ſunt contemplationis imperiti.

Neqve verò hæc de cæli illa univerſali & æqvivoca duntaxat potentia in ſublunaria accipiantur, qvæ qvidem omnibus & ſingulis ſecundum variam ſuæ naturæ præparationem & conſtitutionem magis minusve hauritur, ad qvam actionem potisſimum ſpectant, qvæ lumine & motu in hæc inferiora agere videntur; Nam & ſpecialis ipſius ſingularumq; ejus partium (puta qvarum naturæ & ſpecies multum diverſæ ſunt) operatio eaqve per influentiam & figuram minimè deneganda erit. Neqve enim virtus ſeu Spiritus corporum cæleſtium ſemper alia duntaxat ſe inter-

intermiſcente potentia opus perficit ſuum; vel qvoqvo verſum defluens ſimiliter, pariq; undiqvaqve menſura & modo in omnia ut ut præparata illabitur; Sed aliàs minus, aliàs definitis nempe ſiderum coitionibus cumulatisſimè. Qvinimò ſingula terrena potentisſimas efficacisſimasq; vires experiuntur propriis ſideribus benè feliciterq; conſtitutis colluſtrata, & ſeries rerũ ab unaqvaqve ſtella, cui propria eſt, deſuper ad extrema usqve pendet. Alia Solis alia Lunæ, alia aliorum planetarum acceſſu radio & influentia vigent. Converſionem motus Solis oleæ, Tiliæ, populi, Ulmi & Salicis folia circumaguntur, ipſoqve die alia, qvàm pridiè facie cœlum ſpectant. Brumali autem ſolſtitio aridum pulegium propendens è tectis floreſcit vi admodum cœcà. Ocymoides noctiflorum non niſi noctu floret & odore fragrat, Cichorei, Helio-
tropij

ropij ſeu ſcorpiuri, Lupini, malvæ Tra-
;opodij, ornithogali flores ab ortu ad
occaſum Solem inſeqvuntur, abeuntem
ntuentur, cumq; eo vertuntur omni-
ous horis, etiam nubilo die: exortu ſe
pandunt, occaſu ſe contrahunt. Trifo-
ium floris colorem ter in die mutare
obſervatur, & non niſi ad Solem hæc vi-
ciſſitudo accidit; ita ut manè candi-
dum, meridie purpureum veſperi puni-
ceum conſpiciatur. Sic Lothon phæbeã
eſſe, rotunda tùm poma teſtantur, & ex-
plicatio foliorum ej9 die, replicatio ve-
rò nocte. Oriente ſtella ſolari id eſt, Sy-
rio parra avis ipſo die non apparet, do-
nec occidat; Tynni marini œſtro cor-
ripiuntur, occyx occultatur. Solis etiam
ſecundum qvatuor diei qvartas vigen-
tes actiones & vires vaſtiſſimum mare
fluxu & refluxu ſuo perſpicuè imitatur.

Nec alia ratione Leo, referente Mar-
ſilio, Gallum veretur; niſi qvoniam
Gallus

Gallus animal ſolare eſt, inqve eo ordine leone ipſo ſuperior, unde etiam cauſa verior, qvam ab ullo alio, à Cælio Rhodingino lib. 16. antiqvitat. c. 13. allata eſt, cantus Galli gallinacei, qvos certis vicibus nocturnis imprimis perficit; qvod nimirum hoc à ſingulari ſolis influxu atqve adeò à mutatione aëris, qvi qvidem noctu præſertim circa ortum Solis, qvando enixius Galli cantillant, admodum notabiliter alteretur, proficiſcatur, qvam alterationem, inqvam, natura Galli vehementiùs & accuratiùs percipit, qvàm aliorum animalium, qvia in ſerie rerum qvâ unumqvodqve deſuper à certa ſtella dependet, Gallus in ordine phæbeo propriè conſtituitur, idqve inſigniter. Qvo ſenſu non uſqve adeo ridicula explodendave penitus Saracenorum opinio eſſet, qvôd dicant in Cœlo magnum eſſe Gallum, cujus cantum alij Galli hîc in

terra

terra ſoli audiant, & æmulari ſtudeant, toties, qvoties illius cantillationem percipiant. Eodem qvippe ſenſu illud Platonis accipio: In terris cæleſtia eſſe conditione terrena, & in cælo viciſſim terreſtria dignitate cœleſti &c. Item, ſecundum Pythagoricorum philoſophiam: Sellas grandia ſyſternata eſſe in ſeipſis continentia, qvicqvid in Terra, & Aere & Aqvis nos habemus in ſyſtemate noſtro Eodem redit illud Theophraſti tract. 1. de peſtilit Auß dem ſyderiſchen Leben entſpringet daß Thieriſche Leben deß Menſchen/ alles natürlich auß Eigentſchafft vnd Krafft deß Himmels/ Als ihr ſehet an dem Haan/ er ſchreyet die Mitternacht vnd den Tagen/ daß kompt jhm alles auß dem Geſtirn/ Wie nun der Haan/ alſo auch der Menſch. Duplex enim ὀσία in homine: Corpus nempe & vita; Hæc Cæli afflatu ſuſcitatur & regitur, illud Elemento-

mentorum naturam ſeqvitur. Horum omnium intuitu non ſolum Jamblichus Julianusq; ſed omnes ſtudio hui intenti affirmant: In Sole omnes cæleſtium eſſe virtutes. Et proclus ait: ad Solis aſpectum omnes omnium cæleſtium virtutes congregari in unum atqve colligi.

Jam ad Lunam nos convertamus. Cum ea oſtrearum, conchyliorum & concharum omnium corpora creſcunt pariterq; decreſcunt. Materia è ſylvi cæſa cum Luna creſcens jam multo eſt lumine, qvod humidi fiat acceſsio, brevi tempore marcet & carie conficitur. Cæſa verò cum Luna decreſcens exiguo eſt lumine diutius perennat. Sic uſu non paucis in re ruſtica compertum eſt, Triticum aliaq; grana ad certum Lunæ ſtatum Terræ commiſſa flatibus præſertim Aqviloniis certisſimum Uſtilaginis prophylacticon præſtare.

Idem

idem momentum Lunæ eſt in qvarundam arborum inſitionibus. Tam enim ea ad ejusdem conditionem moderatur ut qvot dies inſitionis tēpore interſunt ad Novilunium, tot annis nullus in ea arbore feratur fructus. Lunariam creſcente Luna unum producere folium qvotidiè, decreſcente deponere, utentiqve annos promittere lunares Leo Suavius refert. Selenites lapis imaginē Lunæ continens, eam reddit in dies ſingulos creſcentis minuentisq; numero. Vena illa pingviuſcula metallicis alicubi vicina & parallela; ob id Metallicis, Steig bey dem Gang/ Molm &c. dicta, ſuper argentum ducta, qvando Luna in Cancro exiſtit, Soli oppoſita, illud planè aureo obduxiſſe colore, qvamvis qvovis alio tempore illâ naturâ deſtituatur, obſervatum eſt. Formica interlunio ſemper qvieſcit; plenilunio etiam noctibus operatur. Qvid? qvod

Qvod ſoricum fibras numero dierum Lunæ reſpondere Plinius affirmat? Qvod Galenus, eandem menſtruorum ſtatum tempus mulieribus obſervare? comitialium circuitus cuſtodire? Qvid non momenti obtinet cùm in corporibus noſtris variè alterandis afficiendisve; tûm in medicinis certa & præparatione & exhibitione proſperitate donandis. Tam ſiqvidem certum ab Ægyptiis Aſtronomis inventum, Lunam non modo ægris, ſed & ſanis dies, qvales tandem futuri ſint, poſſe prænunciare, Lunam ex Tauri & Cancri ſidere commotas ceu effundere humiditates, qvàm Aqva humectare. Tàm certum eſt Lunâ ſub ſignis currente ruminantibus Ariete ſcilicet Tauro, & Capricorno purgantia Cœliaca exhibita rarò optatam operationem & absqve nauſea vel vomitu perficere; Luna exiſtente in Geminis non abſqve damno bra-

chij

chij venam ſecari, eàdem cum Jove vel cujusvis partis forti exiſtente planeta congreſſa pharmacū moleſtè movere; Qvàm ſemen Geniſtæ, Raphani, vomitus provocare, immoderatam humorum attractionem & commotionem membro periculum accerſere; Vel ab agente minoris activitatis, ſeu præpedito ab indiſpoſitione ſubjecti nullum proficiſci effectum. Expertus ſum, inqvit Marſilius, Luna conjuncta cum Venere Medicinam vix movere. Sed de particularibus Lunæ qvalitatibus Macrobius, ſub finem Septimi Saturnaliorum. Gvaltherus Ryff in Jatromathematica; nec non Antonius Maginus de legitimo Aſtronomiæ in Medicina uſu. Theophraſt. in hoc ipſo libro de Tempore & Carrichterus ſatis fuſè.

Utqve hæc á Sole Lunaq; vires, ſic & non pauca Experientia affirmat; qvin

imò omnia ſublunaria qvocunq; in genere conſtituta ſtellaria eſſe; obſcurioresq; qvasdã & vix ſenſibus comprehenſibiles aut notas à cæteris planetis ſideribusq; mutuari; adeò ut præſtantisſimorum monumentis proditũ ſit: eam cæli poſſe eſſe conſtitutionem, præſertim à varia ſtellarum errantiũ, motus proprij cauſa, permixtione, (qvalem etiã qvondam fuisſe tradunt) qvæ tùm homines, tùm eqvos, tûm perfectorum animantiũ genus omne ex ipſis elementis, tanqvã è conjunctisſima aut proxima (προσεχεστάτη) materia generet; non minus ac imperfectiora qvædam, mures, ranas, locuſtas &c. ſæpè ſua ſponte imô ceu in momento ex eadem provenire nonnulla nobis obſervatione conſtat. Cum autem Tempus hîc primas partes obtineat, eaq; & plura alia qvæ diximus non niſi certo eveniant tempore, Qvod Eccleſiaſtes qvoqve affirmat ubi dicit;

Singu-

Singulis ſuum eſſe tempus, & ſuum eſſe tempus cuiq; propoſito ſub cælo; idq; prolixo Exemplorum catalogo probat, ſingulis rebus & inſtitutis illud argutè applicãdo. Ideoq; naturales philoſophi ſcitè dixerunt: Motus & actionis eandẽ eſſe σχέσιν ad tempus, qvalis ſit corporis ipſius ad locum & Tempus. In qvam ſententiam & Hippocrates ſcripſit 2. Epidem ſect. 6. Similem ſolutionem omnia habere ſolutioni vocis; Solvi autem qvodcunq; horum in tempore legitimo. Undenam verò menſura Temporis niſi à Cælo? In cauſis ergò cæleſtibus, tanqvam in ſeminibus vis earum rerum, qvæ ex his proveniunt, vires reveræ conditæ ſunt, præcipuarum mutationem effectrices, non in elementari ſolum natura, ſed & aliis nobiliori origine gaudentibus. Qvo ſenſu, aureã hanc Naturæ catenam confirmante illud Oſeæ, c. 2. intelligo.

In Die Illa exaudiam, dicit Dominus, cælos, & illi exaudient Terram, & Terra exaudiet Triticum & vinum & oleum & hæc exaudient Iſraël Cælum inqvam poſt primam cauſam, Centrum, principium, ſeminarium, Architectus & Archetypus omnium rerum naturalium eſt: Hoc idem prima cum extremis, ſuprema cum mediis & infimis, univerſalia cum particularibus, diverſa cum diverſis, contraria cum contrariis, ſimilia cum ſimilibus; adeoqve omnia cum omnibus naturali qvidem, nobis autem ob remotam nimis varietatem non parùm abſtruſa lege conciliat, conjungit conficit & perficit, ut qvodcunqve ſub obtutum qvoqvo verſum veniat, nullo errore cœli opus, fructum, effectum ſobolem radium, aut qvocunqve alio nomine relationem ad illud exprimas, agnoſcas & deprædices.

CAPUT

DE TEMPORE AD OPERATIONES *propoſitas cælitùs dèſtinato.*

CUm ergò tanta cæleſtiū corporum ſecundum varias virium ſuarum ejaculationes potentia ſit;cujus reſpectu Philoſophus in 4. Phyſicorum ſuperiora, tanqvam formas eorum, qvæ ab ipſis continentur, profitetur; Terrenarumq; omnium omnes ſubſtantiæ, facies, vires, à ſibi qvamqve ſimili eorundem vultu pendeant; Id qvod Scaliger expreſsè nobiſcum concludit, ſive mundus cæperit, ſive æternus ſit. Et Plato doceat: deſuper ab unaqvaqve ſtella ſeriem rerum illi propriam uſqve ad extrema pendere. Meritò ſanè dicendum hîc foret. Qvæ Cœli conditio ad qvamlibet propoſitarum actionum ſpeciem maximè conferat, vel, qvibus gratiis Cœli hæ noſtræ, gratiæ potisſimum concilientur. Verum qvia in nulla re magis cæ cutiamus, qvàm qvæ cæleſtia

attingit, Qvod ipſum nos apud Jobum cap, 38. docemur his verbis: Nunqvid noſti ordinem cæli, & pones rationem ejus in Terra; Ideoqve craſſiori dunxaxat Minerva qvædam ad hoc caput ſpectantia commemorabimus. In iis ergò operationibus, in qvibus Cor Spiritusq; vitales clientuli ſunt, Patronum eorum Solem fortunatum potentemq; eligito; item Lunam ad hunc opportunè directum. Sit ideoq; Sol in angulo vel orientis, vel occidentis vel medii utrinqve cæli; Maximè verò in angulo Aſcendentis aut decimæ, medium ſupra caput obtinentis cælum, aut ſaltem in plagis, qvæ angulum mox ſuccedunt Sub Ariete etiam vel Leone, adſpiciente ipſum Luna, maximè in Leone. Obſervatum enim eſt adeò tunc Spiritum vegetari, ut muniatur contra venenum Epidemiæ repellendum, qvod perſpicuè apparere Marſilius refert in Babylonia

Ionia

lonia & Ægypto; regionibus ſpectantibus ad Leonem; ubi Sol Leonem intrans Epidemiam ſedet.

Poteris etiam obſervare, qvando Jupiter Solem trino adſpicit vel Sextili; Vel ſaltem, qvando Luna ab aſpectu alterius procedit ad alterum proſpicienдum; Maximè qvando ab Aſpectu Solis ad coitum cum Jove progreditur. Jovem enim cum Sole Ptolemæus docuit perfectisſimè conſonare. Qvoad manſiones Lunæ in igneis, nempe Ariete, Leone vel Sagittario benignè Jovem adſpiciat & Solem. Plurimum qvoq; expediet, tum diligentia Cor rebus Cordialibus intus & extra fovens, tum etiã victus ex alimentis ſubtilib9, multũ tamen & facilè & ſalubriter nutrientibus. Motus ſit freqvens & lenis, aër ſerenus, temperatus, præcipuè lætus animus.

Naturalis virtus gubernatur à Jove cum participatione ♀ & ☽ Ubi ergò

robur afflandum genitalibus. ☽ & ♀ eligantur. Siqvidem ♀ fæcundat hominem, facitqve lætum. Ideoqve Ea in felici adſpectu ſit cum vel ☉ vel ♃. Qvod idem etiam de ☽ intelligatur. Non ergò ſit in Eclyptica, nec cum radiis ☉ per gradus duodecim ultrà citràqve, niſi forte ſit in eodem minuto cum Sole; Non ſit in detrimento, vel præpedita à Saturno vel Marte, non ſit oppoſita Soli, nec Lumine minuta, nec ar da curſu; Non ſit in via combuſta; nec in octava, Sexta vel nona; nec in finibus Martis aut Saturni; neqve alteruter reperiatur in ſterili ſigno, Cancro, Virgine, vel capricorno. Sin verò hæc minus in poteſtate tua ſint, Jupiter ſaltem expectetur, vel venus in Aſcendente vel medio Cæli; Sic enim ſubveniunt detrimentis Lunæ; Adſpiciatqve Jovem aut Venerem per adſpectum Trinum vel Sextilem. Naturalis verò virtus, qva-

tus, qvatenus jecori præeſt & ſtomacho inprimis Jovem reqvirit propitium. Sit ideoqve in Cancro, vel Sagittario, vel ſaltem in Virgine.

Ubi humor ſimul reſpiciendus, Luna in pituita obſervetur ad Solem; in Bile ad Venerem; in Atra bile & ad omnia, ad Jovem directa ſit. Hæc de operationibus & exemplis, qvibus naturales actiones, facultatesqve ſubſunt. Ad qvæ tamen haud inutiliter referri qveunt, qvæ Aſtrologi de facultatibus illis miniſtris dictitare ſolent. Virtutem attractivam igneis juvari; Retentivam terreis; Digeſtivam aëreis; expulſivam aqveis. In negotio ergò attractivam roborandam concernente, Luna prædictis dignitatibus prædita diſcurrens per ſigna Arietis, Leonis & Sagittarij; Retentivam, Luna eligatur in Tauro, Virgine & Capricorno, ſignis ſterilibus, conducet etiam ſi felici ra-

dio cum Saturno conjungatur; Et ſi Luna in dictis ſignis non extiterit, ſufficiet deligere tempus, qvo aliqvot ex actis ſignis in Horizonte fuerit.

Si digeſtiva ſubſit, cum ea vigeat per affluxum Jovis in calido & humido Luna ſub Libra, Geminis & Aqvario conſtituatur, Joviqve ſi fieri poteſt configuretur. Qvod ſi verò Luna in dicta trizodia haberi neqveat, conſultum erit, eligere tempus, qvo ſignum aëreum in Aſcendente ſit. Expulſiva deniqve indiget influxu Lunari, ipſa exiſtente in trizodia aqvea, in piſcibus Cancro, Scorpione (inter qvæ tamen piſces prærogativam obtinent) Vel dum unum é prædictis ſignis in ortivo Horizonte fuerit.

Qod animalem facultatem attinet; Ea qvæ intellectum perficit à Mercurio; qvæ ſenſus & motus à Luna cum

Jove

Jove & Venere gubernatur. JJ ergò optimè diſpoſiti ſunt, inqve domiciliis aëreis inprimis, ſubjunctis igneis Inprimis Jovis felicitas exoptetur. Non parvam enim poteſtatem ipſum in animali Spiritu habere teſtantur Aſtrologi, dicentes Jovem ad philoſophiam & veritatem religionemq; conferre. Et plato, ubi ait, à Jove philoſophos proficiſci. Qvod etiam Homerus antiqvorum opinione dicens:

Talis mens hominum, qvalem Pater ipſe DEORUM Atqve hominum adducit. Qvi tantam in animali Spiritu authoritatem habet, ut caduceo qvodam ſuo animos tùm conſopire, tûm ſuſcitare dicatur; Qvo ipſo nihil aliud inſinuare voluerunt, qvàm qvod aſpectu ſuo ſic aut aliter habente modo obtundere & debilitare, modò acuere, & corroborare ingenia hominum poſſit.

In omnibus verò præenarratis univerſalis cujusdam conferentiæ argumento ſuſpiciendus Jupiter eſt, in qvo ſcilicet uno omnes qvaſi Gratias cæleſtes complectamur. Attendendum etiam qvale corporis membrum interſit, qvæqve ſigna ipſi dominentur malè affecto, curandumqve ut Luminaria inveniantur in ſigno illi membro prædominante, aut ſaltem ut tale ſignum in Horizonte ortivo ſcandat.

At ſi neutrum horum obtineri neqvit: ſufficiet Lunam obtinere ſignum ejusdem Qvadrantis, non interim neglectis horis planetarum, qvàs vocant. Deniqve in qvovis affectu eligas addictos ſuos planetas, idqve vel in Aſcendente; vel bono loco ipſi configuratio. Qvi autem planetæ qvibus morbis præſint ſatis fusè Maginus tractat in lib. de leg. Aſtrologiæ in Medicina uſu Nobis hic pro concluſione hujus capitis unum

unũm atqve alterum exemplum ſufficiat:

In oculorum cura magnetica. Jupiter tempore transplantandæ Mumiæ, in qvo veluti cardo omnis vertitur, deprehendatur in Aſcendente, vel in bono ad ipſum loco; cavendæq; conſtellationes oculis nocentes, de qvibus Maginus cap. 3. lib. d. Neqve Luna ſit in ſignis terreis aut Marti conjuncta Sed in Ariete potius, ut & reliqvi hujus ſenſus Patroni.

In Hydrope, dum Mumia per extractionem comparanda venit, Luna ſtet in ſignis Aqveis, Jove non nimis forti, neq; corporaliter cum ipſa conjuncto. Aſt qvando defodienda transplantandaqve illa eſt, ſummâ Jupiter gaudeat felicitate, idq; in Cancro, Sagittario, aut virgine, aut ſi horum nihil ſit, ſigna iſta ſint in ortivo aſcendente. Luna ſit decreſcens, lumine minuta; aut ad

minimum feliciter directa ad Solem, aut Martem, qvem etiam aliqvanti ſper fortem eſſe hic nihil impedit. Hora autem, qva hæc omnia fiunt, Jovi addicta eligatur.

In ſterilitate dotentis eo momento ubi Mumia (cujus extrahendæ ubivis eadem conditio eſt) terræ miſcenda, adqve morbi transplantationem herba plantanda, nec minus etiam cum fructus aut ſemen ægro exhibenda. Luna eſſentialibus dignitatibus ſuis excellat, inprimis verò gaudeat Jovis & Solis fauſtis aſpectibus. Neuter illorum à Saturni corrupto poſitu commaculatas ſit, nec in Cancro, Virgine aut Capricorno. Horaqve planetaria Veneris eligatur.

Iisdemqve Gratiis cæli, inprimis tamen Veneri, Soli & Jovi exponatur Pthtyſicus. Hoc modo in præſcriptis operibus, Cœleſtium nempe harmonia

monia ad idem undiqve conſonante, efficaciam hujus Philoſophiæ dubio procul experieris longè exoptatiſſimam.

CAPUT X.

DE USU MUMIÆ SPIRITUalis in ſpecie.

Ad Conciliandam Amicitiam in duobus maſculis.

QVamvis ex præcedentibus accuratiore Magiæ Naturalis indagine Sagax qviſpiam ex tradita doctrinæ generalis manuductione; uſum modumqve ſingularum Mumiarum cujuslibet Speciei facile apprehenderet.

Nihilominus tamen ad rei majorem perſpicuitatem & incitamentũ in hanc verè myſticam Magiæ particulam, generalem illam σκέψιν ſeqventibus qvibusdam exemplis meliùs explanare omninò

mninò conſtitui. Ut ut enim ἀδύνατον hàc opellâ ſingulas Mumialis huj9 Philoſophiæ praxes penitus & ad ungvem perſeqvi; ex ijsdem tamen paucis fideliter enarratis ad reliqvorum ſcientiam nemini non via obvia erit & plana.

Qvandocunq; ergò contingit, qvòd Vir qvidam alterius viri amicitiam & favorem ſingularem expetat, tum is ipſe, qvi eo deſiderio flagrat, proprij corporis Terram Magneticam ſumat, adhibendo illam ſingulis trium principalium membrorum emunctoriis. (Qvæ verò emunctoria illa ſint, longius recenſere hic ſciens ſuperſedeo) motoqve corpore ſudor provocetur, ſingulam terram magneticam ſeorſim retinendo. Poſtea in eam qvæ Cerebri mumiâ dotata eſt, mixtam cum pauxillo Terræ recentis & fæcundæ, ingere ſemen Origani, Baſilicæ vel ſpicæ, aliarumve cerebro dicatarum herbarum.

Creſcant

Creſcant ita ſub dio,& cerebri Spiritus ita transplantabitur; cumq; planta ſubjecta mirificè vegetabitur.

Similiter Terram magneticam cordis mumiâ nobilitatam ſeorſim collo-ces cum Terra ſimplici & pura, inqve eam herbas cordiales ſemines, puta Melisſam Borraginem, Bugloſſam, vel ſimilia.

In illam tertiam verò qvæ hepatis Spiritus hauſit, itidem cum Terra ſimplici antea mixtam inſere hepaticas ſpleneticas & nephriticas plantas nempe carduum benedictum, Caryophyllatam, Roſmarinum, ſemen Ononidis &c. & pariter Spiritus eorundem membrorum in easdem ſe recipiet. Has trinas plantas ſeu fructus in cucurbitam miſceas, extrahendo ipſius esſentiam beneficio Spiritus Vini. Qvamipſam eſſentiam illi alteri, cujus favor appetitur, exhibeas; in qvocunqve poſſis vehi-

ſis vehiculo. Qvo facto, Spiritus Mumialis extractus ſtatim in appropriata loca fertur, iisdemqve homogeneus & amicus redditur, fit inde eadem utrinqve mens, idem animus in omnibus, idqve propter illam concordantiæ unionem.

Qvod ſi Mumia duntaxat è cerebro fuerit extracta, tum mente & intellectu ſeu Spiritu & facultate animali é cerebro procedentibus mirificè conveniunt; Si è corde, Spiritu vitali & facultate é corde procedente conjunguntur; Si verò ê jecore & aliis inferioribus membris, tum Spiritu ſeu facultate naturali ſeu concupiſcibili, appetiva, ſubordinatisqve aliis mirum in modum conſpirant.

Trium verò principalium membrorum Mumiis, earumve eſſentiis exhibitis, ut ſumma concordantiæ unio, ejusdemqve perpetua qvaſi conformitas;

tas, ita & amor & nullus non gradus amicitiæ abſolutiſſimus. Qvodlibet enim in id maximo fertur deſiderio, qvod ſibi maximè ſimile.

CAPUT XI.

INIMICOS VEL ETIAM HOSTES inter ſe placatos reddere.

HOc itidem tribus illis Mumiis effectum datur, prout in præcedente capite fuit oſtenſum Unico tamen excepto, qvod ſcilicet ab utroq; illæ emanare debeant, utriqve etiam mutuò exhiberi. Qvod ſi enim qvis ſuam duntaxat Mumiam hoſti ſuo concederet amore qvidem in ipſum incitaretur ut grata qvæqve ipſi faceret, ingrata fugeret; Is verò alter ſusqve deqve omnia haberet, imô cane pejus & angve ipſum odio habere nunqvam deſiſteret.

Qvam-

Qvamobrem in id annitendum erit, ut mutua concordantia fiat, & idem uterqve patiatur. Ideoqve amborum Mumiæ ſumantur, cum ſpecie qvadam Terræ fæcundæ invicem miſceantur, inqve eadem herbæ ad rem natura maximè deſtinatæ implantentur; ad utriqve demum eaſdem porrigendum.

CAPUT XII.

DE SIMIA & SERPENTE, NATURA ſibi, invicem maximè infenſis, ut mirè in gratiam redeant, ut & alia natura diſſidentia animalia.

SImias & ſerpentes cæco qvodam & plus qvàm vatiniano inter ſe perpetuò laborare odio, præter alios authores, etiam hoc in libello, in qvem ſtudium & laborem jam impendimus, Theophraſtus ſcribit; & qvamvis naturale hoc ipſis ſit; non minus ac inter Scor-

Scorpiones & mures, Serpentes & Cancros, Leonem & gallum, gallum & accipitrem, Lupos & oves, qvod præter Boëtium & Oppianum tympanis etiam coriis illorum coopertis naturam illam tribuentibus, Homerus etiam lib. 12. Iliad. teſtatur.

Οὔτε λύκοι τε καὶ ἄρνες ὁμόφρονα θυμὸν ἔχουσιν,
Ἀλλὰ κακὰ φρονέουσιν διαμπερὲς ἀλλήλοισιν.

Nihilominus tamen hoc eodem toties commendato transplantationis medio omne illud disſidium mirè componi, ejusqve loco mirandam inter ipſos ali concordiam. Qvod ipſum pariter locum obtinet in omnibus animalibus, qvantocumqve odio bellum ſibi invicem indicentibus; ut hac ratione pulchrè appareat, in intima qvoqve Naturæ principia philoſophiæ hujus myſticæ vim ac poteſtatem penetrare, nihilqve

qve tàm naturale eſſe, tamq́; pertinaciter inhærere, qvin à contraria hac ejusdem naturæ potentia extirpationem emendationemve recipiat.

Ita verò procesſus ad prædictum ſcopum inſerviens ſeſe habet.

Spermata primò qvâ fieri poteſt induſtriâ colligantur, miſceanturqve, impaſtando ea cum terra qvadam culta & fertili. Deinde bipartiantur, ut in unam partem nutrimentum Simiæ, ovium, Galli; in alteram ſerpentis, Lupi Accipitris &c. inſeratur, qvorum accretis fructibus mutuò poſtea cibentur.

Huc adprime ſpectat, brutorum qvorundam, ferarumq; hominem naturâ fugientium, ad eundem miranda illa asſvefactiô, qvà eousq́; ſæpe proventum eſt, ut & ferocisſima qvædam disciplinæ aures faciles præbuerint: Veluti Nazianzenus in carmine ſacro, in qvo præ-

cepta

epta tradit virginibus ſcribit: Vidiſſe
e λεοντοκόμον eqvitantem in Leone, qvi
rænum inſtar eqvi patienter tulerit ita
ondocefactus. Qvod Virgilius etiam
Æneid. hoc verſu indicavit

Et juncti currum Domini ſubiêre Leones.

Cicurri etiam Tygrides, rapidisſimas qvamvis feras docent exempla eorum, qvi Tigridibus currum trahentibus triumphum ſuum egerunt. Ac Silius qvoqve lib. 17. Bellorum punicorum his verbis:

Odoratis deſcendens liber ab Indis
Egit Pampineos frenata Tigride currus.

Martialis de Tigride Cicure:

Lambere ſecuri dextram conſveta Magiſtri
Tigris ab hircano gloria prima jugo.

Ovid:

Obſeqvium Tigresqve domat, tumidosqve Leones.

Simile

Simile refert de Cicure cervo Neander part. 1. Phil Phyſ. qvi & frenari ſe atqve eqvitari, ut eqvus pasſus fuerit.

Talia verò ſua ſponte ſimplici duntaxat inſtitutione ſine particulæ Mumialiscujusdam interventu contingere ſumma dubitatio me tenet. Si tamen in qvibusdam vel maximè fallor, adhibitâ tamen Mumia, idem illud multò facilius & felicius obtineri audacter affirmo. Hoc inqvam ſenſu Xenophontis hoc verisſinum accipio: Παντὶ ζώῳ ἄρχειν ῥᾴδιον ἢ ἀνθρώπῳ. Ex hoc fonte promanare videtur qvod Cardanus refert: Canes illius converſatione, & inſectatione maximè & indeſinenter teneri, cujus ſub axillis panem aliqvandiu habitum ſudoreqve velut madefactum devoraverit; cui etiam in os hominis illius Sputum ſæpius injectum. Vel deniqve cui de qvisqviliis calceorum ſudore hominis benè

ſaturatis cum offa ſeu pane oblatio facta fuerit. Qvorum certè longè plura recenſeri hìc exempla poſſent, ſi animus foret, mùltis ſecreta è manibus magis excutiendo indignationem, qvā certitudinem duntaxat myſticæ hujus philoſophiæ paucis qvibuſdam monſtrando gratiam & benevolentiam promereri.

CAPUT XIII.

AD MUTUUM AMOREM ET DEſiderium inter Conjuges conciliandum.

HIc ipſe Mumiæ uſus priori admodum affinis eſt. Unicum tamen hoc ſingulariter notandum: Qvod ſi maritus uxori ſuam mumiam paret, loco herbarum Renibus dicatarum, Uterinas eligere neceſſe ſit, qvales ſunt: Va-

leriana Roſmarinus, Satureja, Arthemiſia, Satyrion fœmina &c. Virtus enim appetitiva erga viros, qvaten⁹ in ἀκμῇ conſtituta eſt, fæminis in matrice ſituatur. Proinde Spiritus Mumiæ appetitivæ Epatis & Renum Viriliũ in prædictas herbas uterinas transplãtetur, ut ita ductu earundem Spiritus Mumiæ maſcula in locum à natura præmonſtratum, matricem nempe feliciter dirigatur.

Qvod ſi verò uxor marito eandem in tentat, loco uterinarum plantis, Seminibusve, membris virilibus naturali proprietate dicatis utatur, Satyrio nempe maſculo, cæpis & ſimilibus; minimè gentium verò menſtruo, qvousq; tamen audaciæ non raro ab improbis & Incautis meretriculis perventum. Illud enim absq; dubio deleterium eſt, citam mortem inferens. Et qvanqvam Sperma virile & fæmineum in plantã qvandam translata, eò qvo diſtum eſt, modo

modo & artificio pares effectus edant, divina tamen lege illud prorſus interdictum, Proinde ad uſum prædictum illa in ſubſtantia minimè revocentur; Qvin potius, ubi opus eſt, Spiritus eorundem terræ magneticæ beneficio è lumbis extrahatur. Non tamen cuilibet aditum ad hoc myſterium facio, illotisve manibus id tractari volo. Conſcientiâ enim hîc vel maximè ſummaq; prudentiâ & cautione gerenda omnia. Actio qvidem iſta laudabili fine non careret ubi maritus tranqvillum matrimonium cum uxore tranſigendi cupidus, uxorem tamen vel maximè contrariam haberet. Vel ubi maritus ſobolem exoptaret, ea vero bono auſpicio ob uxoris diſcordiam potiri neutiqvam posſit; Tùm omninò ſalvâ conſcientiâ naturam ipſius maritus per mumiam ſuam corrigere, inq; meliorem ſententiam pertrahere liceret.

Inſtituatur verò Mumiæ iſtius extractio ſummo hujus philoſophiæ Magiſtro docente ſub Veneris exaltatione & quãdo illa feliciter configurata cum Luna & Jove, de qvo etiam ſuperius.

CAPUT XIV.

DE OPERATIONE ANTIpathiæ

QVemadmodum ex artificio prædicto Sympathetico ſingulis corporis partibus robur & ſanitas conciliari, ita iiſdem non minus per modum antipathias æconomia facultaſq; ſua jam depravari, jam prorſus aboleri & deſtrui commodê poteſt, morbo ſuccedente in locum ſani,tatis &c. prout hoc aliove modo Mumia earundem partium tractatur. Qvia verò hoc in loco viam ad ſcelera, in qvæ aliàs Natura humana

mana juſtò pronior, conſultô nemini periemus, monendum ſedulò duximus, ne qvis animum ad nocendum inducat, & hac arte ſibi ipſi magis perniciem ſtruat, qvâm commodum. Juxtâ tamen præterire non poſſum, qvomodo Mumia antipathicè licet, bono tamen fine ex alio trahi & aliis concedi poſſit.

Sumantur cadavera mortuorum, vel etiam Mumia corporis cujuſdam vivi, infecti morbove aliqvo, ſive febris ille ſit, ſive hydrops, correpti, perq; modum ſatis hactenus monſtratum, inſeminationis ſcilicet, herbæ partibus principalibus dicatæ conjungantur, ut in vitem vegetari, nec non creſcere commodè posſint. Deniq; fructus ad maturitatem perveniens Beſtiæ alicui objiciatur.

Plurima eqvidem hîc diſſerere posſem, de pluribus, ad qvæ uſus hujus capitis

 pitis

pitis protenditur. Qvale inter alia eſt, qvod Luna & qvicunq; introſpicit, certi cujuſdam morbi ſeminario inqvinari qveat, cujus abuſu, Theophraſto dictitante, tota aliqvando regio in periculum conjiciatur; Chriſtiana tamen Pietas ea de re multo nomine, non enim niſi τὰ ὠφέλιμα & vitæ utilia ſcire debemus ſilentium mihi imponit.

CAPUT XV.

DE UTRAQVE ICTERITIA Curanda.

PRimo omnium in aprico habeatur è tribus membris principalibus Mumia, ut ſic totus Spiritus Mumialis aliqvatenus in tuam poteſtatem veniat. Icteritia enim per totũ corpus ſparſa eſt; Implantetur ſemen Lini, Cannabis, chelidoniæ; vel aliud qvoddam Icteritiæ du-

iæ ductorium. Ictericio juxtà dentur
nyſci,vel eorum liqvor, in qvem va-
e aliqvo in aqvam calidam immerſi
edigendi ſunt; vel deniq; Anſerum
xcrementa in vino diſſoluta; vel gra-
a Juniperi. Eorum omnium ſiqvidem
eneficio coloratus ille humor præter
aturam per urinam demittitur. Cum
rina iſta mumiata ſingulo mane Ter-
ra magnetica,ſeminaq; intus contenta
irrorentur tùm ſeminibus creſcere in-
cipientibus, Spiritus icteritiæ in plantā
ubertim transportabitur, qvā cum tota
Terra Mumiata poſtea, vel profluen-
tem abjicias,vel in caminum fumo ca-
ſtigandum ſuſpendas, pro modo ſcili-
cet & conſtitutione corporis, cujus
ſanationem hac tua actione exoptas.
Qvod ſi enim corpꝰ plethoricum præ-
ſtò ſit,in hydropem nonnihil pronum,
ſemen fumo cōſumenduū ſuſpendatur.

 Si verò

Si verò ſqvalidum & calidum, ex Aqva remedium petatur. Hæc arte nulla non icteritiæ ſpecîes, qvæ licet omnem Medicorum artem alias reſpuit, funditùs averruncabitur. Id qvod inde duntaxat fidem meretur: Qvod vulgò ſtercus eqvinum ad tria qvatuorve ſcybala ſuper qvod æger ſemel antea minxerit, in veſica vel linteolo compactum in camino arefaciant, nec non in ignem poſtea conjiciant. Ejus enim laboris non raro, ipſius experientiæ teſtimonio optatisſimum fructum reportant.

k

CAPUT XVI.

DE HYDROPE MAGNETICE curanda.

PRimô itidem Mumia è tribus illis univerſalibus emunctoriis præſtô ſit, ſubjectum ſcilicet, in qvod Abſinthii,

thii, pimpinellæ vel Hirundinariæ transplantatio fiat arti conveniens. Detur ægrotanti Sal Abſinthii, vel diacubebe, ad particulam morbi per urinam deturbandum. Eâ ipsâ fructus imbuatur, qvi deniq; ſi in juſtam perfectionem accrevit, comburatur, vel in aere, fumôve tabeſcat.

CAPUT XVII.

CONTRA PLEURITIDEM

Mumia hîc facultatis vitalis & naturalis ab axillis & Hypochondriis extrahenda. In hanc eandem Bismalva, Carduus benedictus, plantago Meliſſa, pulmonaria, plãtago, aut qvæcunq; demum certo experimento huic morbo dicata inventa ſunt, plantanda; urinâ interim eorundem ſalibus provocatâ, prædictæq; Mumiæ cum ſuis

contentis, ad auſpicatiorem vegetationem, ritè communicatâ. Poſtqvam ita herbarum in debitam magnitudinem accretio, dein evulſio, inq; vel fumo vel aëre exiccatio, vel pro conditione morbi in profluentem abjectio facta fuerit, tùm etiam morbi ipſiusmet ſanatio in promtu haud dubiò erit. Et ad eundem modum non minus Apoſtemata pulmonũ, aliorumq; viſcerum, hepatis ſcilicet Lienis & Renum &c. feliciſsimam ſanationem recipiunt.

CAPUT XVIII.

DE FEBRIBUS MYSTERIO HOC *feliciter fugandis*

QVamvis Febrium curatio illa per Diaceltatesſon Opopyron, & ſi materia propter neglectam Medici operam dilatata fuerit, Venæſectionem,

feliciſsima

felicisſima & perfectisſima; Nihilominus & hæc alicubi ſuum obtinet locum.

Extrahenda ergò hîc Mumia venit, tàm vitalis, qvàm naturalis, loco & modo qvo ſupradictum. Imò ſuaſerim etiam ex arteriis. Fiat poſtea ejuſdem legitima cum herbis ſangvinem corrigentibus nec non putrefactioni non nihil reſiſtentibus maritatio. Herbæ huic uſui inſervientes ſunt: Urtica, Fumaria, Chelidonia, Centaurium Meliſſa, Chamædrys. Urina qvoq; pellatur beneficio ſalis urticæ, vel Salviæ, vel baccarum juniperi, qvâ ipsà poſtmodum Terra magnetica debitè nutriatur, obtentoq; inde eorum incremento, fructus vel in Aqvam conjecti, vel in aëre tabefacti medicationem ſimul febris absq; mora præſtabunt.

CAPUT XIX.

DE OPPILATIONIBUS HEPA-tis Lienis &c.

FIat extractio inprimis Mumiæ parti affectæ naturaliter reſpondens; Hanc ſeqvatur transplantatio in herbas uti antea conſvevimus, appropriatas, v.g. hepate affecto, in Rutam, Epaticam Capillum veneris; affecto cerebro, in Majoranam Helleborum nigrum Rutam, Serpillum; pulmonibus in Urticam, Veronicam, Pulmonariam; Splene in Scolopendrium, Galeopſin, Chamædryn; Renibus, in Ononidem, Virgam auream Petroſelinum, Milium Solis &c. Expellatur ſimul urina earundem herbarum ſalibus artificiosè præparatis; qva humectetur Terra Magnetica ad vegetationem uberius promovendam.

Creſcentia postea inde in profluentem conjiciantur.

CAP. XX.

CAPUT XX.

E DOLORIBUS PARTIUM EX *Oppilatione.*

MUmia harum partium ex articulis petenda, ejusq; inde in appro-riata debita transplantatio inſtituen-a. In his veluti cardo curationis hujus ertitur. Cæterum qvod Rosmarinus, Lavendula, Salvia, Satureja, Iva artheti-ca &c. inter herbas primarum hoc in loco obtineat, nemini dubium erit.

CAPUT XXI.

DE PODAGRA.

MUmia hîc articûlorum malè affectorum Helleboro nigro ritè communicanda; inſuper mediis ureti-cis urina provocanda ad Terram Mu-miatam citius fæcundandum. Fructus vero in aëre marceſcendus; vel etiam inQvercũ Arborem abſcondendus &c.

In

In Catarrho Mumia Cerebri maritatione Garyophyllatæ gaudet; qvæ ideoq; juſtam magnitudinem adepta in aêre marceſcat.

CAPUT XXII
DE VULNERIBUS ET ULceribus.

EX locis affectis, non minus ac in ſuperioribus factitatum, primò habeatur Mumia, inqvam inferatur per modum Transplantationis vel perſicaria maculata, vel ſolidago vel alia Vulneraria parti affectæ amica. Moveatur urina per Tartarum, Imbuatur illâ ipsâ Terra Mumiata ad capeſſendum nutrimentum. Fructus inde accreſcens in aere deniq; exareſcat, & morbus ſine dubio levabitur.

Ubi tamen notandũ, hanc eandem è Magnetiſmo mumiali medicationem non raro locum promereri, qvamvis Mumiæ

ſumiæ Extractio non ubiq; interce-
at.In qvibuſdam enim caſibus uſu ve-
it,qvod organum lædens Mumiæ ſæ-
ius tactæ,absq; ſingulari Medici dire-
tione jam anteà particeps ſit, præſer-
m ubi illud in parte affecta diutius
æſerit infixum. Idqvod in vulneribus
ocum obtinet, cultro,clavo, vitro ali-
vamdiu inibi relictis, qvod tamen in
xtemporanea tranſitione minus ſuc-
edit, cum minima momenta vix ul-
um effectum pariant; Vel deniq; ubi
viddam ſuccesſiva transmisſione, vel
vacũq; ejus loci retẽtione cruore ali-
vãdò fuerit madefactũ. Et ſic trãsſum-
a Mumiæ aliqva parte vicẽ artificialis
extractionis compendiosè ſuſtinet.

Ideoq; qvum qvis eo modo læditur,
vulneratur,aut qvomodocũq; afficitur,
ſumatur telum, culter, gladius, inq;
vel Terram Matrem ſcilicet & qvaſi
germen genericum potentativum
omnium

omnium Balſamorum (qvamvis & hac ratione operatio iſta ſusq; deq; minus habenda: ut ne Spiritus mumiales in organo hærentes evaneſcant, interim vulnere Radice Colchici contuſa, & cum tribus qvatuorve vini & aceti guttis in Emplaſtrum miſta, aut ſimilibus, ubi & fæces alvi myſtica qvadam vi locum omninò merentur, deligato) vel qvicqvid demum Balſamicum occurrit, in Lardum, Balſama, ungventa &c. infigantur. Inprimis tamen reſpicienda hîc ea, qvæ ex Mumia & Uſnea, qvæ reverà Sylloge qvædam eſt Spiritum Iliadi, nec non etiam Spiritus Mundi, qvibus mediantibus activa paſſivis feliciſſimè communicantur, conſtant. Qvin imò nullatenus abſurdum, qvod à nonnemine obſervatum, in ulceribus Cacoëthicis in veteratis fluxionibus continuo madidis: etiam ſaniem putamini Nucis Balſamo ſeu Ungvento hopliatri-

liatrico prius delibuto incluſam,inq; ſiccum aërem ſub udo cælo ſuſpenſam ſanationi eorundem efficaciter profuiſſe.

CAPUT XXIII.
DE HERNIOSIS

PRocuretur primò Mumia è loco affecto. In eam jam multoties repetito artificio plantetur Symphytum majus; Inde ad marceſcendum ſuſpendatur in aërem. Vel, ubi beneficio Magnetis Mumialis Mumia ritè fuerit extracta eligatur arbor reſinoſa, Ceraſus, Abies &c. ad ejus radicem Mumia collocetur, ſciſsâ arbore per medium, ſciſſura tàm capaci, ut æger illàc ſui transmiſſionem habere commodè poſſit. Transmittatur ita ad ternam usq; vicem in nomine SS. Trinitatis, in qvo meritò omnia inchoanda & perficienda; Jdq; inprimis hora & die Veneris.

Æger

Æger qvoq; urinam ex abundanti mittat ſuper arboris radices. Qvoq; facto deniq; Arbor Cerato debitè agglutinetur. Ita profectò Hernia contumacisſima, repoſita prius (qvamvis alicubi nihil repoſita fuerit ſanata) brevi perfectisſimè curabitur.

CAPUT XXIV.

DE FLUXIONIBUS SALUS, DOlores noxios cientibus, ut in dentium & oculorum doloribus.

EXtrahatur ejus loci Mumia, & trãsplantetur in perſicariam maculatam &c. Qvamvis compendiario proceſſu idem obtineatur, ſi Radix ſenecionis cum tota herba recens eruatur, eaq; ipſa dentes dolentes ad qvalemcunq; eruentationem uſq; affricentur. Si enim peracto eo radix ſtatim in locum.

um priſtinum & nativum defodiatur, inq; vigore maneat, omnis dentium dolor & affectus mirè ſedabitur.

CAPUT XXV.

DE MENSTRUI PROFLUVIO ET Retentione.

CIrca Hypochondria & Umbilicũ Mumia primo loco elicienda, in qvam, more ſolito, perſicaria maculoſa inſeratur. Hinc movenda urina ex lubio pulegio, ad terram Mumiatam huc nectanda, Deniq; planta ad perfectionem adſpirans, vel in aëre reſiccanda, vel in igne comburenda. In retentione menſium Mumiæ extractio ex iiſdem locis, juxta tamen è mamillis etiam inſtituenda, inſeminandum pulegium, qvo ipſo etiam urina provocanda. Deniq; planta accreſcens in Aqvam projicienda.

CAPUT XXVI.

DE PTHTISI ETHECTICA.

EXtrahatur Mumia à tribus membris principalibus, Item è Spina dorſi & muſculis primariis corporis; Implantetur Satyrion & creſcere ſimul permittantur. Tùm porrò in Qvercum vel Ceraſum transponantur, vel etiam ipſa Mumia in alterutram horum transplantetur & brevi meliùs habebit æger. Qvid hoc in morbo Tinctura Mumiæ cujuſdam ſanæ, ægro exhibita valeat, de eo alio in loco fuſius.

Eſt & alia hujus magnetiſmi ratio, ipsâ praxi notior & facilior: Coqvatur ovum recens in urina conſumti, in ollula nova, ut urina ovum planè contegat, ebulliendo, donec ovum induresçat. Exemtum ovum poſtea hinc inde perforatum in eadem urina recoqve, ſemper vertendo illud, donec urina plane conſumta fuerit. Poſtea ovum ſic pa-

ſic paratum in acervum formicarum ſepeliatur, & ovo hoc conſumto, mirabili ſympathia tabes
deſinit.

CAPUT XXVII

DE ARIDURIS PARTICULARIBUS.

PRoceſſus ad ſuperioris Magnetiſmi exemplum nihil peculiare habet â reliqvis, præterqvam qvod Mumia ex inferioribus & ſuperioribus articulis partis affectæ petenda. Ideoq; ut ne eâdem chordâ ſemper oberremus, ſed & utile dulci miſceamus ad aliud tám univerſalis qvàm particularis ariduræ præſtantisſimum remedium nos convertimus, & qvidem, ex hac eadem arte, Magicum ſympatheticum. Illud Amuletum eſt ex particula loculi, ſeu feretri paratum, qvo in feretro puerpera partus diffi-

tus difficultate extincta ſuperq; Spinam dorſi collocata & tumulata fuerit.

Vis enim vegetativa auctrix & nutritiva puerperæ, qvæ in ſpina dorſi potisſimũ ſita, inq; feretrum depoſita, jam â corpore vivo, priori illi ſubjecto ſymbolico & affini, ex alieno promtè attrahitur, & aſſumitur.

Ex hoc eodem fundamento Mumiam illam fæcundam, & inſigniter nutritivam puerpera licet adhuc in vivis, ut & aliæ perſonæ plethoricæ & εὔσαρκος ſuppeditare poſſunt, ita ut è Spina dorſi ſuperimpoſito prædicto Magnete Extractio; inde verò in herbas convenientes implantatio inſtituatur; qvæ ipſæ herbæ poſtmodum ægrotanti intrò exhibeantur. Adeò certè nullus ullibi affectus tàm vehemens aut pertinax, qvin remedium ex hac noſtra praxi ab eo qvod vel maximè disſentaneum videtur incredibili cum ſucceſſu ipſi adaptari posſit.

CAP.

CAPUT XXVIII.

DE ARCENDA STERILITATE.

EXtrahatur neceſſe eſt Mumia facultatis vitalis & naturalis è Spina dorſi, ſub axillis & hypochondriis corporis cujuſdam maximè fæcundi. Illa dein transplantetur in Satyrion, vel quod qvibuſdam melius viſum, in Chamæleontem nigrum; eoq; ipſo vegetatione ulterius producto ſterili comedenda datur, qvi nihilominus circa fæcundũ ut plurimum degat; prædictamq; herbam cum toto ad collum adpenſam geſtitet, & pari fæcunditatis laude cum illo altero brevi nobilitabitur

Hoc ipſum inqvam illuſtrisſimis familiis hæredibus inſperatò deſtitutis, ſecundum DEUM ſummo ſæpè fuit ſolatio.

Nec

Nec minore cum ſucceſſu etiam ſano cuidam,(de homine tamen hic mihi ſermo non eſt)robur Virium & ſanitatis derogare, inq; alterum deponere hæc eadẽ ars pollicetur idq; per hãc viã: Extrahatur Mumia é corpore inculpata ſanitate prædito; implantetur chamæleon nigrum,qvod deinde vel in ſubſtantia, vel in eſsentiam antea redactũ langvido exhibeatur. Ad collum inſuper appẽdatur, ægerq; ſubinde circa ſanum & robuſtum habitet. Eodem modo Eqvo poteris vires detrahere ſuas, easq; homini pro libitu largiri: Miſcetur Sperma eqvorum robuſtisſimorum cum terra ſimplici, implantetur Chamæleon nigrum; Et poſtqvum in juſtam magnitudinem accrevit,ei exhibeatur,cujus vires auctas velis; è collo inſuper ſuſpendatur, circa eqvos robuſtos ſubinde languidulũ relinqvendo, ſic eqvis robur qvodammodo ablatũ, homi-

Notandum tamen Radicem prædictá ab ipſo Novilunjo ſtatim implantandam eſſe, denuoq; eradicandam duobus tribusve ante Novilunium diebus. Qvod ipſum pari ſuccesſu & in aliis beſtiis locum meretur, qvarum ita facultatem cum homine partiri expediet, prout ſagax Magus rem undiqvaq; accuratius conſiderabit.

PARS SECUNDA

DE RATIONE NATURALI ARboris Vitæ, & ſcientiæ boni & mali, ſimulq; myſtica interpretatio Secreti magni Concordantiæ ſcilicet Cabaliſticæ Arboris vitæ & Mortis, Chriſti & Adami.

PRæmisſis de Mumia Spirituali præceptis & exemplis haud inconcinnum aut ſupervacaneum viſum eſt an-

nectere tractationem myſticam & jucundam, de Natura Arboris Scientiæ boni & mali, qvippe illis ipſis ubi obſcura ſunt, lucem, ubi minus ſolida aut incredibilia, authoritatem & gravitatē, ubi apparenter falſa, perſpicuam declarationem dubio procul allaturam.

Qvodcunq; autem de ſcientia Arboris hujus nobis conſtat, id inprimis S.S. Scripturæ acceptum referimus. Hæc enim expreſse dicit Gen. 2. verſ. 9. Arborem vitæ in medio Horti poſitam; nec non Arborem ſcientiæ boni & mali. Et qvod ex fructu ejus comedens, ſcientia boni & mali tâm nobili præcellere debeat, ut ἰσόθεος, Deo æqvalis habēdus ſit, teſtāte hoc ipſum Perſona Patris ad reliqvas dicente: Ecce Adam qvaſi Un⁹ ex nobis fact⁹ eſt, ſciens bonū & malū &c. Neq; enim Sacroſāctæ hæc Trinitatis elocutio Ironica judicanda, prout primo intuitu alicui videatur; Cū hoc nomi-

homine duplex & qvidem contrarius ſenſus implicetur, ac ſi DEUS aliud in corde geſtitaret, aliud ore promeret; ac ſi verum pronunciaſset, qvod tamen juſta reprehenſionis cenſurâ falſum deprehenſum. Minime gentium. Qvanqvam enim Ea ex parte Metaphorica omnibus tamen ſuis partibus categorica eſt & affirmativa, æqvè ac dixiſset: Qvia Adam de Arbore ſcientiæ ſvaſu Serpentis comederit, eoq; ipſo ſcientiam boni & mali, non qvidem illam, qvæ Deitatis veram beatitudinem ſupra Creaturarum metam adferat, ſed philoſophicam & mundanam acqviſierit; factum ipſum eſse, qvaſi unum ex DEO, hoc eſt, illum qvodammodo æmulari ejus panſophiam, in ſuo ſcilicet genere. Cui ſimilē ſententiam aliàs qvoq; Salvator protulit: Filios hujus ſeculi prudentiores eſse Filiis Lucis in generatione ſua.

Et hunc verum ſenſum eſse convincit illata conſeqventis judicii ratio: Propterea ex horto proſcribendum illum, ne ſcilicet edoctus arborum reliqvarũ, omniumq; rerum naturam & facultatem, manum ultrà porrigeret, deq; Arbore vitæ fruſtum comederet, & æternum viveret.

Qvod ſi ergò vera & verè naturalis arboris vitæ facultas extitit, ἀφθαρσίαν conferendi, uti extitit; Vera etiam nulloq; modo ironicè vel falsò prædicata Arboris ſcientiæ boni & mali virtus habenda. Taceo nec Adamum, nec Evam ſibi perſvaderi passos, Arboris prædictam illam ad inducendam ſapientiam facultatem eſse, niſi idipſum lumine Naturæ proprio pariter intellexiſsent. Verum ideoq; manet atq; inexpugnabile, Arboris illius paradiſiacæ potentiam verè fuiſse, boni & mali ſcientiam utentibus conferendi. Unde verò illam habuerit,

habuerit, an concreata ipſi fuerit, an verò poſt creationem acqviſita, aut aliunde communicata, non omni dubitatione caret. At vero Scriptura qvid amplectendum, (qvamvis nonnihil obſcure, & implicite) nobis itentidem dictitat. Sic enim verba ejus habent: Serpens erat callidior cunctis animantibus Terræ, qvæ fecerat Dominus. Qvæ ipſa, ob qvem finem aliâs tam curioſè literis mandata fuiſſent, non intelligo, niſi inqvam calliditas Serpentis magni momenti qvippiam eo ipſo in negotio inſtituiſſet. Accedit, qvod Diabolus Evam non ſub forma pomi, ſed Serpentis fuerit aggreſsus, qvem nimirùm noverat ob calliditatem & aſtutiam cunctis animantibus præferendum, commodiſſimum tentationis hujus organum; Eva verò ipſum putarat per ſe naturaliter ita fuiſse locutum. Ad hæc probabile eſt Serpentem ſubtus il-

la Arbore vel juxtà antrum ſuum habuiſse; Qvare DEUS rei hujus minimè neſcius uſum & eſum fructûs ipſius homini interdixit

Deniq; & hoc conſiderandum. In rebus obſcuris & dubiis eà via explicationem inſtituendam, qvam cum ſenſus & Experièntia, tùm etiam intellectus & ratio maximè monſtrant modò fidei regula non obſtet. Qvis verò illorum capiet, aut in tota natura ſimile qvid expertus eſt, qvòd & qvomodo ex ſimplici fructus alicujus eſu ſcientia ſupra communem humanitatis ſortem comparari posſit. Atqvi verò humano ingenio ne in minimis qvidem diſconvenit, Arboris Prædictæ Virtutem toties narratam aſcititiam ſtatuere, per modum Transplantationis ex ipſo ſerpente, hoc eſt, Arbori iſti ejuſq; fructibus per modum Spiritualem beneficio cohabitationis, cùm eſsentiam ipſius ſerpentis Spiritua-

Spiritualem, tùm etiam virtutes ejusdem fuiſse communicatas & impreſſas, Siqvis namq; Naturæ proprietates ſedulò indagetur, ut plures ſint in aliis qvoq; manifeſtioribus, qvæ non tantum cunctas res ſibi propinqvantes ſua virtute afficiant; verum etiam præter hoc conſimilem ipſis potentiam infundant. per qvam hâc eâdem virtute ipſæ etiam cætera afficiant, veluti Magnes qvi qvidem non ſolum annulos ferreos trahit; ſed vim ipſam etiam ipſis annulis infundere cernitur, qva hoc idem efficere poſsunt, qvod præſtet Magnes; Qvalem me Venetiis in Foro S. Marci Turcarum inter merces vidiſse conteſtari planè poſsum. Utq; vegetabilia animatorum proprietates & affectiones in ſe tranſumere ſimul augmentari, & alterum alterius conditionibus frui, à Natura minimè alienũ.

 Cujus

Cujus rei qvam plurima exempla non ſolum præſens Tractatus ob oculos abundè exhibet, ſed & eorum nonnulla cum asſignata ratione commemorat Smollius in Manuali rerum admirabilium; Qvibus veſtigiis & indiciis in hanc narratam opinionem inciderimus, facile judicabit.

Qvo eodem argumento & Theophraſtus in libello de Origine ſcientiarum, diſſerit, ubi pariter affirmat, tantis tamq; ὑπὲρ Φύσιν ἀρίςοις potentiis (apud rudes qvidem & bardos parum fidei promerentibus) noſtros qvoq; Germaniæ Serpentes gryſeo, albove colore celebres, hac ipſa adhuc tempeſtate æqvè pollere; nec non homini ad mundi uſq; conflagrationem, ad comparandum rerum qvarumcunq; naturalium, earundemq; reconditorū Myſteriorum notitiam prodeſſe. Addit verò in eodem capite ejuſdem libri: qvia ſim-

ſimpliciores ſibi parum officii hiſce præſtitum putent; propterea ſe operæ pretium non arbitrari, qvòd perlas porcis projiciat; Sapientem ſine dubio rem ſatis percepiſse.

Qvâ ergò arte Thesaurus iſte planè comparandus, ſtudioſus Naturæ perſcrutator intimi' ſcitabitur; ubi ipſius Authoris verba præcitata altiori mente examinaverit; juxtaq; etiam par illud libellorum nobile καὶ πρὸς τὰ πάρεργα ἀληθῶς ἔυχρηστον, alterum de Tempore, alterum de ſcientiarum & Artium origine accurata rationis bilance libraverit. Neq; mehercle irritam operam navabit, ſi binos illos Tractatus ad ſe invicem conferat, & πορφύραν περὶ τὴν πορφύραν dijudicet, qvòd nimirum ut in libro de Tempore Mumia Microcoſmi διχοτόμως propoſita, & primo loco de qvatuor Mumiis corporalibus; dein verò de Eſsentiali & Spiritua-

Spirituali illa Microcoſmi διαλεκτικῶς diſsertatio inſtituta; ita viciſſim in libello de Origine Artium primus tractationis locus Spirituali Mumiæ Serpentis, qva ratione ſcilicet illa in fructum qvendam, homini ad ſcientiam comparandam, utilem & proficuum, transplantanda; ultimus verò corporalibus partibus Mumiæ ſerpentinæ, Carni videlicet, lingvæ, axungiæ & exuviis deſtinatus.

Ex his inqvam ſapiens qvisq; facilè colliget: proceſsum Extractionis Mumiæ Spiritualis ſibi undiqvaq; correſpondere, nec in diverſis iis aliam atq; aliam præparationis eſse rationem, prout idem Theophraſtus d. l. de Tempore, ubi de Spirituali Mumia Serpentis, cujus beneficio infeſtiſſimus ipſius hoſtis, Simia, cum ipſo in gratiam redeat; ejuſdem haud obſcurè mentionem facit. Qvin imò ἀνεμποδίστως affirmaverim,

maverim eum, cui doctrinam de Mumia Spirituali Microcoſmi καὶ τὰ ἑπόμενα αὐτῆς planè noviſſe. datum; de qvibus nempe Tractatus de Tempore πάντα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως: omnia ejus generis de Serpente facilè, aſseqvuturum, inprimis qvæ Theophr. in libro de origine artium cap. 1. & 2. acutè tangit.

Proinde proceſſus Spiritualem Serpentis Mumiam nanciſcendi, & ſecundum primæ partis hujus Tractatus doctrinam in fructum vel ſegetem qvamcunq; transplantandi, cujus q; ipſa porrò alicui adminiſtrandi ita ſe habet; ὡσαύτως planè & eodem modo cum aliis ſupra recitatis: Recipitur Sperma Serpentum, ova ſcilicet, tàm corporalis, qvàm Balſamicæ Mumiæ eorundem τὰ στοιχεῖα καὶ σχήματα, cũ terra pingvi

miſcetur, cui ſemen committitur, vel herba inſeritur uſui præſenti maximè commoda.

Majoris tamen efficaciæ ergò inprimis ad ingenij acuitatem transplantatur in appropriatum qvendam fructũ Cerebri, inſpergendo nempe terram extremis Ceraſi radicibus. Tum enim fructus ipſius cum nutrimento planè balsamicè ſive magneticè Spiritum Mumialem Serpentis hauriunt, & in ſe convertunt, adeoq; virtus & qvalitas Mumiæ in Ceraſis poſtea micat. Ex qvibus deniq; Spiritus induſtriâ Vulcani elicitur, pro robore & acuitate cerebro & ingenio mirè comparandis.

Pari ſuccesſu prædictum τὸ σῶμα τοῦ ὄφιος σπερματικὸν Viti immiſcetur, è cujus uvis poſtea Spiritus extrahendus. Qvo item modo eidem frutici Theriaca per modum transplantationis inſerenda, ad omnès Theriacæ vir-

tutes

utes in fructũ ipſius idq; longè excellentisſimè & ſubtilisſimè deponendum.

Inſuper adhuc alius modus datur Spiritum Mumiæ Serpentis ex omnibus ſimul partibus ejuſdem in herbam transplantandi, hac ratione:

Sumuntur Serpentes ſeu Colubri, includuntur in vaſe vitreo ad ſuffocandum eos, & qvaſi putrefactione in viscum redigendum; qvi ipſe vel in arborem transplantetur, vel cum terra uniatur ad legitimam decentium herbarũ implantationem.

Nec abſimili proceſſu è prædictis animantibus, qvæ propterea, ut & aliarum mirandarum virium cauſâ, in depoſitione exuviarum non parùm gliscentium cum Univerſali illa Medicina, ſi qvæ ejus generis in Naturæ poteſtate eſt, multùm participare omninò crediderim, præſtantisſimum arcanum contra Morpheam, lepram &c. qvæ aliàs nullis

nullis fere (dico ferè, qvippe qvi hîc Eſsentiam Sulphuris vitrioli nonnihil poſse planè confidam) antidotis n edicabilia ſperandum: Sumantur Serpentes, ſanies ſeu ſudor ipſis uſitato modo, ſubtus pedibus ipſos à capite ad caudæ uſq; extremitates arctè detrahendo, abigatur, & Caro, abjectis cauda & capite, qvæ tamen ad alios effectus multi & ſecreti uſus ſunt, cum reliqvis omnibus, Juniperi radicibus propè ſtirpem, in uſq; earum nucleum, foramine cum pruni ſylveſtris cuneo clauſo, transplantetur. Sic decurſu hyemis, beneficio naturalis Juniperi caloris, qvi temperatisſimus eſt, in ſuum primum Ens redigitur, & veniente æſtate Spiritus vegetabilis juniperi Balſamum ſeu Spiritum ipſius nutrimenti loco allicit, in tantum ut fructus ſeu baccæ inde facultatibus vulgaribus illis dentur longè excellentiores; Qvippe qvæ ſeqventi

qventi

venti ἐλχειρήσει in Arcanum ſeu
Clyſsum elaboratæ nobiliſsimo & verè
d mirando Medicinam contra Lepram
itabunt remedio:

R. Baccarum prædictarum Juniperi
Contusa aqvà ferè fervente ſuperfun-
lantur, additâ debita qvantitate Fermẽ-
i ad integrum octiduum ita præmacer-
andum & omnia in unã miſti craſin
ta reducendum. Qvod ut feliciùs ce-
lat, qvotidiè ſemel atq; iterum agiten-
ur. Poſtea deſtillentur per Veſicam
ib initiò mediocri tantûm ignis gra-
lu, continuatâ operâ, auctiori, donec
Spiritus amplius non deſtillent; Qvi
pſe qvoniam cum phlegmate ſimul
permixtus erit, in B. M. per cucurbi-
am rectificetur, idq; etiam altera vice
per phiolam. Et ſic Spiritum Junipe-
inum præſtò habebis.

Deinde

Deinde ex capite mortuo ulteriùs calcinato lixivium fiat,& porrò Sal per evaporationem; Cujus libra una in phlegmate priori reſoluta cum argillæ optimæ benè reſiccatæ ſufficiente quãtitate miſceatur ad formandum paſtillos,per Retortam optimè loricatam ex Furno anemio deſtillandos ita, ut baccarum manipulum unum atq; alterum Receptaculo impoſueris; primò lento opus eſt igne,ad phlegma capiēndum, poſteà fortiori, imò in fine fortiſsimo aduſq; candefactionem Retortæ adSpiritus propulſationem.E capite mortuo denuò Sal præparetur,qvi cum Argilla Spiritu præhabito madorem ſuppeditante adhuc ſemel miſcendus & deſtillandus in ſpiritum. Hic ipſe demum in Balneo ſicco per Retortam vitream ita agendus,ut primò loco phlegma ſeorſim colligatur; dein ipſum arcanum guttulis progrediens flaveſcentibus, in vitrum

itrum Hermeticâ ſignatura clauſum
eponendum & inſolandum.

Habebis hoc modo remedium præ-
ictis laudibus omninò dignisſimum.
iqvidem Baccæ Juniperi ipſi Lepræ per
e in tantum appropriatæ ſunt, ut absq;
lubio pri nam Iliadi ipſius omninò,
ecundam verò ejus ætatem ex parte
tiam ſuperare valeant, hoc eſt, non ſo-
um ab ipſa inſigniter præſervent, ſed
x initium ejus tollant; Jam myſticæ
ujus artis præſidio unitiſq; ſerpentum
enitioribus facultatibus in ſummum
ſq; gradum exaltabuntur.

Obiter tamen hæc, & ferè καὶ ἐκβα-
τν cum maximam utilitatem adferāt.
am ad rhombum.

Qvemadmodum ergò ſcientia boni
x mali medio Mumiæ Spiritualis Ser-
entis in Arborem vetitam transplan-
ata; ita etiam præſidio alterius cujus-
lam Spiritualis Mumiæ ſanitas æterna,
ſeu

ſeu vita ipſa Arbori vitæ divinitus conceſsa fuit; ut qvicunq; de eo comederet; vitam viveret perpetuam absq; ulla fluxione. Id qvod ex ipſiusmet DEI ſummi teſtimonio ſumitur dum Gen. 3. protoplaſtus è paradiſo propterea ejectus dicitur, ne manum porrigeret, ad guſtandam Vitæ Arborem, & ſic perpetua vitæ ſoliditate firmaretur.

Et qvamvis ἔγγραφον ἀπόδειξιν proferre non posſimus, qvo beneficio, vel cujuſnam Mumiæ Spiritualis actione prædicta Arbor ἀποθανατίζειν illud à DEO acceperit. Hic enim Scripturæ Sacræ mos plurimum obſervatus, ut res qvæ naturam nimis ſapiunt, interim ſimul à captu hominum vel opinione communi citra evidentem utilitatem multum recedant, perſtringat potius, qvàm fusè deſcribat; Qvidenim meritò Athenis commune cum Hieroſoly-

ſolymes? Philoſophi tamen rerum aturalium perqviſitioni maximè deiti, multis opinionum fluctibus ſuer hanc qvæſtionem in ſcopulos ςυςατίας hinc inde abrepti, tandem Naturæ ductu duplicem veritatis porum invenerunt:

Nempe aut DEI juſsu & beneplacio, ἀμέσως Lignum Vitæ in prima reatione ita inſtitutum fuiſse, aut faultatem illam vitæ conſervatricem μμέσως ex Naturæ ſcilicet theſauo ipſi implantatam. Qvod Naturæ ςρ9Φλακεῖον attentiùs perſcrutando andem ad Hermetis Τρισμεγίςȣ effaum pervenerunt:

Ipſum ſcilicet Aurum eſse, cui Arbor ſeu Virtus vitæ fuerit implanata, & hòc ipsô (niſi cum DEI, cui meitò natura cedit, voluntate pugnaret) ἐχθων

ἐκ τῶν ἀδυνάτων minimè fore, perfectam hominibus immortalitatem conciliare, vel ad minimum prohibere, ne ante prædeſtinatum vitæ terminum ulla infirmitate, vel ætatis imbecillitate in deterius laberentur; multò minus facultate hac Arboris vitæ utendi à DEO ullo modo interdictum.

QVo ex argumento porro ſatis probabile eſt, non minus ac aliæ Mumiæ, primum etiam Ens ſive Sperma Auri (corpore nempe ipſius in ſuum Sperma per Artem Spagyricam anteà reducto) in vegetabilem qvendam fructū transplantari poſſe; cujus energia poſtea fructus primi Entis ſolaris vim ac facultatem, atq; adeò philoſophicè loqvendo, ipſam virtutem Arboris vitæ naturalis penitus imbibant & aſseqvātur. Ad qvam conſiderationem ſatis fundamenti in Natura habentem, non tàm ἀπαίδευτον habendum: Metalla etiam

etiam vegetabilium duntaxat admini-ſtratione & interventu, puta Florum & ſimilium transmutationem variam ſubire. Pro qva ſententia etiam haut parum munimenti certisſima qvædam hiſtoria confert: Qvòd aliqvando Cuidam Aërario fortuitò floſculi cujusdam qvem ruri decerſperat, illapſu in ahenum ſeu foveam contigerit, integram æris fuſuram absq; ullo recremento in purum putum Aurum fuiſse mutatam; qvo etiam inopinato caſu perterritus ipſe Faber (ſiqvidem ab initio factum Aurum non agnovit) in Fuſorem non leviter, ac ſi rem malè tractaſset invectus fuerit. Qvamvis enim ad vulgarem Naturæ curſum non ſatis conſtet, qvomodo mediante duntaxat vegetabili corpore metalla transmutentur, nihilominus ubi qvis ſecretiorem Transplantationis vim ac viam penſiculatius conſiderabit, omni τῆς

διανοίας

διανοίας ἀῤῥωςία ſtatim liberabitur. Qvemadmodum enim uva non qvidem ex ſe & propria ſua natura ulla Theriacæ vel Viperæ proprietate prædita; attamen præſidio transplantationis, de qvo ſupra, mixtam craſin adipiſcitur, adeoq; omnium omninò qvalitatum Theriacæ & viperæ particeps redditur. Ita planè cum prædicta etiam adſertione ſe undiqvaq; res habet.

Flos qvidem vegetabilis ſuo in gremio non obtinet, metallis ullam mutationis ſubſtantialis occaſionem adferendi; verum Tincturâ Spermatica metallari in florem ad habitam ante naturalem diſpoſitionem transplantatâ, cumq; vegetabili natura (vegetabilia namq; & mineralia toto adeò genere non differunt, qvin potentialem cognationem inter ſe habeant & ſymbolorum occulta qvadam affectione conſpirent) in unum ὑφισάμενοι

edactâ planè poſſibile eſt, Florem il-um Eſsentiam Solis influxam cælitus, liis metallis communicare, itidemq; lla ſolidè transmutare, non qvod hoc iat, à natura vegetabili, uti dictum, ſed metallicè, natura ſcilicet metalli in vegetabilem florem deſuper transplantatâ. Et ſanè eâdem veritatis trutinâ æſtimandum, qvod omnium ſaliorum metallorum & mineralium ☽. ♂. ♃. ♀. ♄. ☿. ☉ eſsentias in Arborem, florem vel ſtirpem qvandam trâsplantare, earundemq; virtutes, mediante tali corpore vegetabili, contra qvâm pluſimos hominis, qvorum ſcilicet infinitos habet, morbos adminiſtrare liceat.

Id qvod mehercle reconditarum Artium & Actuum prudentiæ verè philoſophicæ haud minimũ eſt, qvodq; Theatri Naturæ parùm perſpecti, inertes illi, nati ex hujus ſeculi fætore, ut

Bachus

Bacch⁹ è Jovis fæmore, ſummis inanitatibus annumerent, nunqvam credentes Florem chelidoniæ, Hirundinariam, Gamandræam, qvibus natura vel arte Sperma metallicum impreſsum, tantas δυνάμεις habere, vel tàm graves morbos profligare poſse. Illi verò naturam ipſam obſervent, qvomodo ſcilicet una in variis & in unis ſæpè mirè varia atq; adeò vegetativa in metallis, metallica in vegetativis & animatis & vice verſa, qvæ cum in Tractatu noſtro de Peſte ſatis demonſtrata hoc in loco (Non enim declamatores ſumus, ſed philoſophi) prolixiùs non commemorabimus.

Advertant hîc ad ea, qvæ peſtem curant & abigunt morbũ profectò prorſus minerale n ex reſolutione Yliadi arſenicali oriundam. Huic vulgaria remedia ex vegetabiliũ familia qvomodo qvicqvam derogarẽt, cum unicuiq; morbo, prout cauſam habet, ita etiam

curam

curam analogicè expetat? niſi contrà interveniente cæleſtium ſeminum, tanqvam Mumiæ vel ſympathicæ verè Spiritualis cooperatione, magnetica qvædam Mumialisve impresſio, ſive Aſtronomica transplantatio ipſis vel naturaliter vel artificialiter cõbinata eſset. Hac ſine pleraq; illa vix nobiliorem operationis ſuæ titulũ mererentur, qvàm Characteres & ſignacula, qvorum qvidem per ſe nulla, at qvatenus iis ſecundum Artem (Adeptam) influentia conjungitur plurima efficatia eſt; Qvam conjunctionem ſi negas vulgari Naturæ rythmo deceptus, ea tamen vel invitus conceſseris, qvæ cum mente cùm Svadentis tum utentis (Mundi Regina) imaginationẽ & fidem in nobis, adeoq; *εὐπάθειαν* erga Spiritus ſtellares conferente perſpicuè intercedit. Naturalis ejùs generis transplantatio in peſte Gamandrææ contingit, qvæ mirabilis in-

ipſa ſub eo præſertim climate, in qvo creſcit. Similis cæleſtium Transplantatio etiam in perſicaria apparet, qvæ nō ſolùm per vires attractivas naturales, ſed etiam per influentiam, omnia vulnera & ulcera, dolores dentium & ſimiles affectus ex ſubtilibus ſalis fluxionibus perſanat, de qvo Theophraſtus in libro de perſicaria. Artificial[iter] ab eadem virtute Mumiali ſympathica ut opinor, proficiſcitur, vis ſanatoria Radicum Cichorii, qvod hora & die Veneris, Leone ſolem tenēte effoſſarum, eſu duntaxat vulnera absq; ſymptomatibus ad ſanationem perducant. Cui ſimile, qvid paucis ab hinc annis inter Magnates qvoq; innotuit, de Ligno Fraxini, qvod referente Schedula à nobili amico accepta à puero novennali, verſus Orientem in taleolas deſecandū, ſectioneq; peractâ, verbis qvibuſdam uſui deyovendum, ad dolores qvoscũq; arthri-

arthriticos, podagram nempe chiragram,gonagram,dentium,nec non ad vulnera illîc ſolo attritu, hîc verò ſanguinis duntaxat imbuitione,ſanādum, & compeſcendum. Qvis dubitet de virgulto Sambuci ſuper ſalicem creſcētis, menſe octobri,paulò anteNovilunium collecto,inq; novem taleolas inciſo,decantatiſsimo ad Epilepſiam remedio; (qvamvis Abbas qvidam de radice in ipſa meridie D.Joh. Baptiſtæ deorſum evulsâ,pro Amuleto idem referat)rationem ejus maximè à Mumiali Transplantatione, nimirum per excrementa picæ,verum ejuſdem Mumiæ Magnetem,facultate antepileptica, Spiritualis qvadam ſympathia,mediante ſemine, ſeu granis Sambuci antea à pica devoratis in ipſum Sambucum transplantata,expetendam eſſe?

An non Mumia dicta Spiritualis ſympathica artificio evidenti adjuva-

tur in vero Paracelſi Zenechdo contra peſtem? Qvamvis enim idipſum, cum ex Arſenico principaliter cōponatur, occultam qvandam ſimilitudinem habeat, cum veneno peſtifero. Sicut enim Magnes Spiritum Ferri in ſe habet, qvi ferrum tanqvam ſui ſimile impensè rapit; ita qvoq; hoc Diazenech ad venenum Microcoſmi peſtiferum, qvia Spiritum peſtis activum obtinet; tamen ſyderea ejus cōpoſitio, inq; certas ſignaturas efformatio, ſub capite Draconis & ſigno Scorpionis, qvod Sol & Luna, vel alteruter horum tenuerit, tātam virium ejus aciem inſtruit, ut & in peſte Aſtrali, arſenicales cæli infuſiones, ex ejus ſingulariter in iſta media inclinativa virtute (de qvo pasſim inprimis de vita longa, de cæleſti med. de perſicaria &c.) longè feliciùs excutiantur. Id qvod Experientia & viva demonſtratione callent, qvi à peſte & venenis qvibuscunq;

bus cunq; aliis peſtiferis, ejus beneficio conſervati fuerunt, & veram ejus componendi rationem norunt. Sic lapis Bezoar vim qvidem ab initio contra venenæ accepit à Jove, ſed non uſq; adeò validam, ut eandem & aliis materiis tradere poſſit exercendam.

At verò qvam primum ſub Scorpionis influxu figuram ſuperni illius acceperit, perfectam contra Scorpiones vim ſubitò reportare putatur, qvam Maſtichi aut Thuri communicare valeat. Simili modò pæonia, indicante non ſolum ejus virtute, ſed & nomine, phæbea eſt, idq; per ſe; ſi verò dominante Sole ejus utendi rationem ineas longè efficaciorem experieris.

Qvo nomine qvantopere prædicatur Annulus Martialis ille, partibus decentibus vel geſtatus tantum vel affricatus ad dolores dentium, capitis, Spaſmum, Qvartanam, Epilepſiam Vertigi-

nem, Apoplexiam peſtem, & alia præſervanda & demulcenda? Cujus propterea inventorem Fratrem ſcilicet Ordinis D. Auguſtini Magnus Hetruriæ Dux de non aliis vendendo privilegio ad aliqvot annos donaſſe dicitur; Cum tamen is ipſe ex uno clavorum duntaxat, (propterea aliqvãtiſper longiuſculo, ut ungulæ incuſſus ſatis promineat) qvo Eqvo ferramenta affiguntur, ea parte qva Ungulam penetrat in hora Martis in eâ figura fabricetur, ut ad qvemlibet digitum jam conſtringi & anguſtari, jam amplificari poſſit.

Eqvidẽ Theriaca communiter præparata, ut res ſub Luna qvaleſcũq; ſtellares ſunt, ita & ipſa potiſſimũ ſolariſq; eſt, qvo nomine etiam contra venena & fluxus Epidemiales qvoscunq; laudatiſſimos uſus habet; Sed multò laudabilior foret, ſi inſuper opportunum, obſervatione cæleſtium tempus eligeretur,

ſetur, dum componitur eoq; velut ſuſceptaculo ſympathica ſuperiorum facultas ipſi excipiatur: De qvibus abũdè Ptolomæus, Theophraſtus. Albertus M. Marſilius Ficinus Rogerius Bacho, Thurnheuſerus Crollius &c. arcanorũ Naturæ, uberrima præſucente Experientia ſcrutatores verè dexterrimi & optimi.

Qvamvis non deſint, in his qvi Medicis parùm laborandum cenſeant, eo ipſo ignaviæ Numen pro Elyſiis campis egregiè ipſis oſtendendo, cujus ſcilicet in ſinu (ſtultè) beati, haut tamen diutiùs qvàm donec æger fores pulſavit, conqvieſcant. Sed ne nimis prolixi mus in re ſatis manifeſta, jam relicta Transplantatione naturali, pedes hormur ad Transplantationem illam magis myſticâ priori tamen maximè confinem: Qvomodo ſcilicet DEUS ter opt. Max. naturalem Arborem vitæ in horto

in horto Paradiſi ſtantẽ, Adami in maſſam tranſplantari; poſtea verò Chriſtum veram & myſticam Vitæ Arborẽ, in ejus ipſius Ligno ſuſpendi & pati, & ſic mortuum Adamum, eumq; ipſo totum genus humanum in vitam reſuscitari, eiq; æqviparari voluerit. Mirabilis certè DEUS in omnibus operibus ſuis, id qvod maximè è ſtatu corruptionis & reparationis ipſi9 Adami cernitur. Qvẽadmodum enim is ipſe Adã per trãgresſionem in Arbore ſcientiæ boni & mali commiſsam malitiâ Diaboli & Serpentis organo mortem, æternam damnationem & omnis generis cruciat9 ſibi attraxit; Sic etiam per Arborem vitæ & vitam ipsam Chriſtum ſcilicet, à morte & æternis pænis redemtus, & in vitam æternam receptus eſt.

Veriſimile namq; eſt, qvod Sibylla qvædam de Chriſto magicè vaticinando ſcripſit; Adamũ nempe jam lethaliter

er decũbentem ſummo appetitu deſi-
eraſse virgultũ de Arbore vitæ paradi-
aca; ac propterea ad eum inde expor-
andum unum Filiorum ſuorum eò
miſiſse, ut à morte ingruente conſerva-
etur; Qvem etiam Filius Angeli mini-
ſerio acceperit, patre Adamo interim
itam cum morte commutante; Filiũ
leoq; Ramuſculum acceptũ Sepulcro
arentis implantaſſe; ex qvo hauſto pa-
ulo in Arborem excreverit, adeoq; to-
m naturam Adami in ſe, ceu nutrimẽ-
m attraxerit.

Jam porrò qvidam vetuſtiſſimorũ
octorum in orientali Terra paucis à
pſo Chriſto annis Eccleſiæ Epiſcopus,
ter alia veneranda myſteria & hoc de
git: Noæ à DEO mandatum fuiſse, ut
cum oſsa Adami & Arborem in ipſi⁹
pulcro germinantem in arcam trans-
rre, nec non ſarta tectaq; ceu originẽ
imani generis ſervare cogitaret, idq;
Sum-

Summa cum obſervantia à Noa ita factum. Ideo Noam deinde cum tres ſuos Filios in tres Orbis partes mitteret, oſsa prædicta fuiſse tripartitum, & unam partem inferiorum ſcilicet membrorũ corporis, crura & pedes, natu minimo; alteram, ſcilicet thoracem & brachia, medio; tertiam verò & ſuperiorem, puta Cranium & Caput, primogenito omnium ſibi clariſsimo eo nomine ſerio devoviſſe, tanquã κειμήλια illa ſacra religioſè cuſtodienda, nec non εἰς αἰῶνας cru radicem humani generis mente devota conſervanda. Poſtquam verò primogenitus in plagam Orientalem circa Hieroſolymam ſe contulerit, ibi in monte Calvariæ ipſum Caput defodiſse, & proinde montem illũ Calvariæ locum denominatum, ab Adami ſcilicet Calvaria eò loci defoſsa & inhumata, ut & proinde ab Evangeliſtis locus Calvariæ, in ſingulari dicatur, nõ in plu-

in plurali) Dein Arborem illam Trans-
plantationis Adamicæ per tot ſecula
uſq; ad tempus paſſionis Chriſti in ter-
ris illis miranda DEI providentia con-
ſervatam, pro Ligno Crucis Chriſti iti-
dem aſſumtam, nec non ſupra prædictâ
Calvariam Adami præcisè collocatam
erectamq; fuiſſe; ita ut, rem penſicula-
tè eruendo, totus qvaſi Adam in & ſub
illa Arbore in ſe recollectus, cumq; vi-
vifica ipſius natura mirabili nexu con-
junctus & conſociatus fuerit. Qvæ pro-
fecto omnia qvàm credibilia jucûdaq;
ſunt, profundius ſingula ſcrutanti, tàm
efficacia & viva conſolatione plena.
Is namq; qvi mortem meritus eſt, in &
ſub cruce præſto eſt; qvi vitam reparat,
imò ipſiſſima Vita in cruce affixus hæ-
ret; pulcerrima vitæ & mortis, Salva-
toris Chriſti, θεανθρώπου καὶ πανταχῶς
ἀναμαρτήτου & hominis peccatoris cõ-
cordantia! qva nempe Vita cum mor-
te, Chriſtus

te, Chriſtus cum Adamo redeunt, uniunturq;, non ſine vivifici & ſaluberrimi ſangvinis, tanqvã roris cæleſtis ad magis fæcundanda illa uberrima ſuperinfuſione. Ut ita prædictus Adam cum omnibus ſuis poſteris de fructu transplãtati hujus Ligni comedentibus, reverà etiam in Chriſtum transplantatus, cæleſti qvoedã magnetisſimo ſeu ſympathia in ipſum ſubinde pertrahantur, in vitam immutentur, æternæq; hæreditatis ſocii beate fiant.

Cujus ineffabilis Miſericordiæ & Amoris gratia DEO Triuno in cœlis & terris ſummè mirifico, ſit laus, honor & benedictio in æternum.

FINIS.